plicari nō pōt: ita ēt i ꝯtiuo nō ē accipe aliquā q̄nti
tatē q̄ duplicari nō possit scđm itellectū: sз oē qđ du
plicari pōt scđm itellectū ē finitū: ergo nulla q̄ntitas
q̄ accipif scđm itellectū pōt eē ifinita: ꝛ sic iterū ifini
tū cogitari eē nō pōt: p̄ h̄ qđ cogif eē cogitatū eē fini
tū. ¶ Via āt q̄nta ē sp̄alis de celo ꝛ corpore sp̄ico
si eni h̄ infinitū eēt tunc motus circularis eēt ifinit⁹
ꝛ quia hanc rationem satis in phicis explanauim⁹.
ideo breuiter hic tāgēda transimus. ¶ Via sexta ē
quia si motus circularis ponaf esse infinitus p̄pter
circularē ifinitū ambitū sui circuli tūc motuз circula
ris non erit motus: quia nunq̄з erit ab eodem pun-

cto in idem punctum: aliter enim oporteret ꝙ motus perueniens ad idem punctum vnde fuit a principio precederet spatium in quo est motus: ⁊ h̄ nequit intelligi: ergo non potest dici ꝙ corpus circulare sit infinitū: cū ipsꝫ necessario sit motus sicut ostensum ē in. viij. phicorum. ❡ Septima via ⁊ vltima generalis est de omni corpore: q: omne corpus aut ē in omnibus suis partibus continuum: aut est partiū seiūctarum cōtinuitatem in se non habentium: licꝫ sint congregate: sicut aceruus lapiꝫ: quēadmodum dixerunt democritus ⁊ leucippus: ꝙ si ipsum dicat̄ esse continuum oportebit sibi esse omnes partes copulatas a prima vsqꝫ ad vltimā: qđ autem copulatur a primo vsqꝫ ad vltimum necessario est finitū ⁊ in vltimo ergo omne corpus continuum est finitum: ꝙ si etiam dicatur ꝙ aliquid remanet extra vltimam ad quam facta est copulatio continui: istud eēt addibile ad istam per copulationē: omne autē cui aliquid est addibile est finitum sicut superi⁹ diximus in istis eiusdem capituli phicis: ergo copulatū finitū: non ergo intelligi potest aliquid esse ↄtinuū ꝑ infinitū. Si autē dicatur seiūctarū partium: tūc ille partes aut erunt omnes finite: aut omnes infinite: aut quedam finite: aut quedā non finite. Si autem dicantur oēs finite: aut omnes erunt finite ⁊ quantitate ⁊ nūero: aut omnes erūt quātitate quidem finite: infinite quidē scđꝫ nūerum sicut asserebant democritus ⁊ leucippus: ⁊ siquidē oēs sunt finite tam quantitate: q̄ꝫ nūero: tunc ex his non pōt intelligi componi infinitū: si autem finite quidē sūt quantitate: sed infinite quidem nūero: tunc opꝫ dici ꝙ totum congregantium diuidatur in partes: sic q̄ꝫtitate finitas ⁊ numero īfinitas: aut ergo diuiditur in eas corpus dōne completa: aut īcompleta: ⁊ dico diuisionem completam q̄ stat in eo ꝙ nō inuenit vltra in quo diuidat: si ergo diuideretur ī eadē diuisione completa partes necessario erunt finite secundū numerū: q: diuisio nō cōplebitur nisi in vltima vnitate que addita fuit nūero postq̄ꝫ nō erit aliā inuenire: si autem diuiditur in tales diuisiōe incompleta: tunc constat ꝙ alique sunt per diuisionem acceptę: ⁊ alique adhuc per diuisionem accipiende: sꝫ accepte semper sunt finite: ⁊ accipiende sunt in potentia ⁊ nō in actu: ergo ex hoc nō sequitur: nisi ꝙ infinitum sit potētia ⁊ nō in actu: ⁊ h̄ nō negauimus: sicut patuit in. 3. phicorum. Si autem tu dicas ꝙ oēs partes sunt infinite scđm vltima h̄ esse non potest: quia etiam multa infinita cōponentia vnū infinitū ⁊ sic sequūtur multa incōuenientia. s. ꝙ pars sit equalis toti ⁊ ꝙ vnum infinitum sit extra aliud infinitū: ⁊ plura que superius posita contra similem opinionem. Si autem alique finite sunt: ⁊ alique infinite tunc sequūtur eadem inconuenientia: ⁊ plura alia: que ēt superius ↄ̄ silē pōnem sunt inducta: h̄ igr̄ sufficiant ad presens ostendenđ: ꝙ non est aliquod corpus actu infinitum.

Tractatus tertius primi libri de celo ⁊ mūdo vtrū mūdus sit vn⁹ vel plures. Caplꝫ. j. ī quo ostendit ꝙ mūdus sit vnus ⁊ ipsa natura ⁊ motus ꝑtium eius simpliciūqꝫ hñt motum rectum.

Cum autem sit vnum de mirabilibus ⁊ nobilioribus q̄sitis in natura vtrum mūd⁹ sit vnus: vel sūt mundi plures: ꝙ etiam anima humana per se desiderat scire: videtur nobis conueniens vt inquiramus de illo: promisimus enim in physicis nos de hoc sermonem ⁊ tractatum facturos. Sed oportuit vt ante ostenderemus esse mundum finitum: si eni mundus esset īfinitus non esset inquirendū de eo: vtrū esset vnus vel plures: quia constaret tūc ꝙ nō esset nisi vnus: quia multi infiniti esse non possunt intelligi: sed cū iā determinatū ē ꝙ mundus ē finit⁹ statī desiderū ē ad sciēdū vtrū sit mūdus vn⁹ vel plures: ad hoc igitur inquirendum premittamus ea que necessario sunt tanq̄ꝫ principiū: vt ex ipsis procedamus. Dico ergo diuidendo: ꝙ oīa corpora siue sint vni⁹ mundi siue plurium mūdorū aut mouētur. aut stāt: siue quiescunt. Siqđē mouentur: tunc aut mouentur naturaliter: aut mouent̄ violenter. Siūr autem si stant: aut quiescant: quies eorum aut erit violenta: aut naturalis. hoc autē habito dico vlterius: ꝙ ad quēcunqꝫ locū moueatur corpus aliquod: ⁊ sine violentia in eodem quiscunt naturaliter: ⁊ sine violentia: ⁊ econuerso. In quocūqꝫ loco stat: siue quiescunt sine violentia: ⁊ ad eundem mouetur naturaliter: ⁊ sine violentia. Amplius autē suppono. 3. loco ex antehabitis: ꝙ quicūqꝫ motus est motus violentus vim operet ꝙ contrarius motus eiusdem eidem corpi sit naturalis: ⁊ quicūqꝫ econuerso est vni corpi naturalis: contrarius eiusdem eidē corpi erit motus violent⁹ ⁊ hec omnia aparēt ex antehabitis rationibus. vnde constat tres esse motus simpliciū in genere: ⁊ tria esse genera simplicia scꝫ circulare: ⁊ rectū: graue: ⁊ rectum: ⁊ leue: siue sint in hoc mundo: siue in mundo alio: ⁊ ideo constat etiā esse tria loca scđm speciem: scilicet circa mediū ⁊ medium ⁊ orizonta. His ergo ita suppositis dico ꝙ si motus terre que est extra hunc mundū vadit ad mediū istius mundi motu violento: tunc mot⁹ ei⁹ ex medio huius mundi ad mediū alterius mundi est naturalis: ⁊ econuerso: si motus est ex medio huius mundi ad mediū alterius mūdi est motus: tunc motus eius ex medio illius mūdi ad mediū isti⁹ mūdi est naturalis: ⁊ tūc sequit̄ necessario ꝙ mot⁹ vniuscuiusqꝫ horꝫ simpliciū sit mixtus ex naturali ⁊ violento: q: inquantum motus terre est ex medio huius mundi est violentus inquātum autem ē ad medium alterius mundi est motus naturalis: ⁊ sic de alijs motibus omnium simplicium corporum habentiū motum rectum: h̄ autem impossibile est: ergo impossibile ē vt sint multi mūdi. Amplius si ponantur celi ⁊ mundi esse multi: tunc oꝫ ꝙ dicantur esse ex partibus: h̄ est ex elīs similibus in natura: ⁊ diffinitiue necessario ista ꝙ ignis vnius mundi sit eiusdem nature cum igne omnium mundorꝫ in natura ⁊ virtute: ⁊ terra vnius mundi sit similis terre omniū mundorū in natura: ⁊ similiter de reliquis elīs. h̄ enī solū est ꝙ probatur ꝙ nō potest dici: si. n. diceretur ꝙ elīa mundorum plurium non essent silia in natura ⁊ virtute: tunc nō conuenirent mundi nisi ī nomine: ⁊ non ī natura rerum: ⁊ ex taliū pluralitate nō sequitur plures eē mundos: sicut nec canes propter h̄ sūt plures: q: canis sing. latrabile: celeste sid⁹ ⁊ marinum: quia si partes mūdi non cōuenirent nisi in nomine: tunc etiam totū non cōueniret nisi in noīe: ⁊ nō in diffinitione ⁊ natura: ⁊ tunc vt dixim⁹ nō sequeretur qđ eēnt plures mundi: ⁊ cōtra talem pōnem hic non disputamus. ❡ Fuerunt quidē qui dixerunt plures eē mundos: vnum quidem corporum: q̄m hic hītamus: aliū āt spericum ꝙ habet suū celum: ⁊ suam terram: ⁊ suum ignē: ⁊ suum aerem: ⁊ suam aquam: que in nullo cōueniunt nisi in nomine cum terra: ⁊ igne: ⁊ aqua que sunt apud nos: ⁊ q: derū illorum nulli imitur rōni phice: ideo eadē facultate cōtēnetur qua dicit̄: ⁊ ideo dicimus ꝙ si mūdi sunt multi tunc conueniūt omnes in natura: ⁊ virtute cum isto mundo: tam in toto q̄ꝫ in partibus: ⁊ tunc manifestum est ⁊ patens ꝙ sicut in h̄ mundo

quedã simplicia mouent ad mediũ: ⁊ quedã a medio: ita in omnibꝰ mũdis. Causa aũt huiꝰ q quedam ad mediuz ⁊ quedã a medio mouentur iam ostendimus ⁊ exposuimꝰ vbi narrauimus quot sunt primi motus corporum locales: ⁊ ibi induximus rationes necessarias: ⁊ ostẽdimꝰ in tractatu immediate ante istum q omnis motus est finitus: ⁊ q vnũquodqz elementorũ naturaliter diffinit ad aliquẽ motuũ rectorum. Redeamus igit ex illo quod superius determinauimꝰ ad istud quod intendimꝰ hic: ⁊ dicamus q si motus corporũ omniũ mundorum sunt vnici sm rõnem: tunc elementa omniũ mũdorum sunt vnita sm diffinitionẽ: ita q terra omniũ mũdorum ẽ vna sz diffinitionẽ: ⁊ ignis oĩuz vnꝰ: ⁊ sic de alijs. Si aũt hoc ẽ sz qd dicimus. tunc necessario terra que est in mundo alio: vadit ad mediũ istius mũdi: ⁊ ignis illius mũdi vadit ad superius istius mũdi: ⁊ hoc est impossibile ppter causaz quã superꝰ diximus: quoniã si motꝰ ignis ⁊ terre alterꝰ mundi est sicut diximus. tunc sequit q terra ascendit sursum: cũ enim locus suus sit hic: desiderabit esse hic ⁊ nõ potest esse hic: nisi vadat ad superius alterius mũdi: ⁊ eodẽ modo sequitur q ignis vadat inferius: quoniã nõ potest venire ad superius istiꝰ mundi: nisi vadat a superiori alterꝰ mundi: ⁊ ire a superiori est ire versus mediũ: ⁊ eadẽ ratio est de terra huiꝰ mundi: que necessario mouetur ex medio istiꝰ mundi ad mediũ alterius. Eadẽ ratio est de igne mũdi huius: et hoc sequitur ex hꝰ q media omniũ mundorũ extrema sunt vnius rationis sicut iã in premissis habitũ est. Si aũt nõ fuerit talis motus corporum simpliciũ: tunc diximus: quoniã natura mundorum: nec in toto nec in partibus erit vna: ⁊ hoc nõ est tñ cõtra rationem: sed etiã cõtra positionẽ omniũ phicorum: qui phice posuerunt celos et mundos. Dicũt enim oẽs illi q mediũ omniũ mundorum ⁊ orizonta corum sunt vna in ratione diffinita. Si ergo est sicut dicunt: tũc sm rõnem prius inductam est impossibile ut sint mũdi plures vno.

Caplm secundũ de contradictione eorum qui dicunt elementa diuersorum mũdorum moueri ad eundẽ mũdũ.

Jam aũt aliquis dicet q natura corporũ simpliciũ existentiũ in mũdis diuersis diuersificat ppter dispositionẽ elongationis eorum a locis suis proprijs minꝰ vel magis. ita. s. q terra alterꝰ mundi extra hunc mũduz elongatur a medio istius mundi: ⁊ appropinquat medio illiꝰ mũdi: ⁊ ideo cõtra naturã illiꝰ mũdi ⁊ nõ istius: ⁊ ideo mouetur ad illud mediũ ⁊ nõ ad istud: sicut nos videmꝰ i magnete qd attrahit ferrũ sibi ppinquũ: eo q acquirit aliquã ppretatẽ lapidis attrahẽtis ⁊ nõ attrahit ferrũ remotũ: q: ad illud nõ puenit virtꝰ lapidis attrahẽtis. Dicemꝰ q sermo ille est extra normã rõis: ⁊ iõ ẽ erroneus: simplicia eniz nõ mouent motu attractionis: si eni sic mouerent tũc attraherẽtur a sibi similibꝰ: si ergo terra minor suspenderetur super terrã minorẽ: oporteret qd terra minor ascenderet ad superiorẽ: motus ergo in quo operat ppinquitas ⁊ remotio spatij: ⁊ motꝰ qui est a motore extrinseco: sed motꝰ elementorum simpliciũ est a motore intrinseco. Quia sicut in. viij. phicorũ diximus: qui generãs dat ei formã. dat ei tunc cõsequentia formaz: que sunt motꝰ ⁊ locꝰ: q formã intrinsecã secutur: ⁊ ideo si simplicia per elõgationẽ vel ppinquitatẽ cõsequerent aliquid forme. oporteret q esset cõposita ex oppositis formis quarum vna traheret ad propinquũ ⁊ esset illa forma attrahẽtis: sicut i ferro est forma magnetis: ⁊ alia esset naturalis data a generante p q3 mouet ad locũ sine attractiõe: que esset sicut põderosiꝰ forma in ferro. ⁊ sic simplicia essent cõposita: ⁊ quilibet motus eorum esset cõpositꝰ ex oppositis motibꝰ: sicut motꝰ terre a medio ⁊ ad mediũ: sicut diximꝰ in precedenti capitulo: q cũ impossibilia sint: oportet dicere q cũ corpora elongãt a locis suis parum aut multũ: nihil ex hoc cõtrahunt diuersitatis in formis suis naturalibus: sed diuersitas eorum que est in quãtitate elongationis tñ: q est diuersitas operationis ⁊ nõ forme natura[...]s. in formis suis nõ diuersificantur: siue approximent locis suis. siue remoueãtur ab eis siue enim propinqua sint locis suis: siue elongata constat q mouentur ad loca sua motu simplici: q manifestuz est ad sensum: ita q nõ indigemus ad hoc disputare: motus autem simplex estꝰ elementi simplicis: ⁊ sic nõ habet aliquã formã ex elõgatiõe ⁊ propinquitate. Ut aũt hoc certius fiat: volo inquirere vtrum ita sit sicut quibusdaz videtur. s. q motus omnium corporũ sine violenti an sint naturales ⁊ an motus illi qui videntur naturales esse in corporibꝰ sint etiã violenti per hoc q dicũtur esse a motore exteriore tñ attrahente: ita q nihil cõferat ad motũ forma eius qd mouetur. Ostendit aũt q sunt motus naturales simplices tñ ab inclinatione forme ipsius mobilis: quia qd impossibile est omnino moueri naturaliter: ĩpossibile oĩo est moueri violẽter. cũ violentia non sit nisi in oppositione ad naturã: sed est motus violẽtus corporũ diuersorum mundorũ: vt dicunt: ergo ante hunc violenter est aliquis eorum motꝰ naturalis. Si aũt corpora diuersorum mũdorum sint eiꝰdem rõnis sm formã naturalem: sicut prius determinauimus: tũc oporet necessario q motus eorum sint ad locũ vnũ numero: sicut diximus sic ad medium vnũ de numero mediorum diuersorũ mundorum. aut ad vltimuz orizontis ex omnibus orizontis diuersorum mũdorum: ⁊ nõ potest violentia actionis impedire hec quoniã talis non est motus elementorũ in diuersis mũdis vt diximus. Si eniz esset impediret q non moueret ad istũ mundũ hoc esset siue ex mouente aut ex mobili: aut ex spacio per qd oportet esse motum ⁊ siquidẽ est ex mouente: tũc aut esset ex forma mouentis: aut ex quãtitate eiusdem: ⁊ siquidem ex forma mouentis esset: tunc ille motor aut esset extrinsecus aut intrĩsecus. Ex forma autem intrinseci mouentis est q corpora oĩuz mundorum sunt vnius rationis in forma quã cõsequitur motus naturalis que data est ex generante sicut diximus: similium aũt in forma est moueri se ad inuicem. Si autem esset ex motibus extrinsecis: tunc esset motus eoruz per actionẽ ⁊ non per naturam simplicẽ: ⁊ hoc iaz ante improbatũ est. Si autẽ esset ex quãtitate mouentiuz vel etiã eorũ que mouẽtur: tunc aut impediret maior quãtitas aut minor: quo minus mouerẽtur ad locũ vniꝰ mundi ⁊ qd cuiqz horũ dicatur tũc si fiat resecatio vel additio quantitatis. tũc mouebũtur ad inuicem elementa ad loca eiusdem mundi: ⁊ sit idẽ motus ptis ⁊ totiꝰ ⁊ ẽ cõuerso: cũ totalitas elementorũ moueret ad loca mũdi eiusdem. Si autẽ diceretur esse ex formis ipsorũ mobilium et nõ ex quantitate: tunc equiuoca essent elementa diuersorũ mundorum: ⁊ non conuenirẽt nisi in nomine: ⁊ hoc iam a me improbatũ est. Si autez esset ex spatio per qd est motus: nõ potest hoc ẽẽ nisi propter alteraz duarũ causarũ. s. propter elongationẽ ⁊ propinquitatez spacij solã aut propter naturã corporis per qd debet esse transitus eius qd mouet. q nõ sit ppter solã elongationẽ aut propinquitatẽ iam pbatum est: qd etiam nõ sit ppter corpus per quod oportet esse transitus sic pbatur. Si enim impedit corpus transituz hoc est q: in ipso non potest esse motꝰ naturalis nec violẽtꝰ: eo q nec est leue neqz graue: aut quia in contrarium mouetur ei qd mouetur per ipsuz: ⁊ q non impediat eo q in contrariuz mouet. patet ex hoc q terra descẽdit per ignẽ: cũ tñ ignis in contrariũ terre moueat. lz ergo terra forte retardetur: tñ ex toto nõ ipedit motꝰ terre per ipsũ: ⁊ per hoc pbat p locũ a maiori q nec illud impedit q neqz est graue neqz leue sic celũ: quia magis deberet impedire qd in ɔtrariũ mouetur q3 id qd nõ in ɔtrariũ mouet. ⁊ tũc non impedit illud qd in contrariũ mouet: ergo nec id qd nõ in cõtrariũ mouet: ⁊ iste sunt deductiones diuisionũ auicenne: ⁊ ideo inquit si dicat aliquis q ideo non mouet terra alterius mũdi ad istũ mũdũ. q: vsqz ad celũ eleuari nõ potest. nisi si esset in celo transiret per ipsuz: hoc nihil oĩo est: q: ĩpossibile est hoc pluribus modis. Sz tñ sufficiãt nobis duo: quorũ vnꝰ. est q est ĩpossibile per se esse eundẽ. sꝫ ⁊ semel sedere ⁊ nõ sedere: vł generaliter ɔdictoria esse vera: ⁊ hoc positio sequit

t

inconueniens aliud ad impossibile: qđ est in se possibile: sed tamen ex alia causa est impossibile: ⁊ ad illud nullum sequitur incōueniēs si in esse ponaẗ. sicut impossibile ē me portare centū milia talentoꝝ auri. Centū milia enī talenta in se bilia ⁊ apta sunt portari: sed ꝙ nō portātur hoc est ex defectu viriū hominis. Dicamꝰ igitur ꝙ si terra alterꝰ mūdi non moueẗ ad terrā huius mūdi propter impedimētū transitus per celum: tūc hoc nō est possibile ꝑ se sed ex alia cā: ⁊ sic terra impeditur per accidēs ⁊ violenter: ergo motꝰ eius naturalis est ad istū mūdū. quicquid aūt est aptū fieri ⁊ conueniens fieri hoc perficit natura. ergo natura perficit motum terre alterius mundi ad mediū huius mundi: ⁊ sic habetur propositū. Si aūt aliquis dicat ꝙ in natura terre non est nisi quies ⁊ non motus. ⁊ ideo terra alterꝰ mundi quiescit in centro alterius mūdi: ⁊ nō mouetur ad mediū istius mūdi. Sꝫ iā nos supra induximꝰ rōnes: ostendimus enim ꝙ omne corpꝰ habens motū violentū habet motum naturalē qui est ante illū: nullus aūt dubitat qn terra habet motū violentū sursum: ergo necessārio habet motū naturalē deorsū: nec potest dici ꝙ vterqꝫ motꝰ terre violēter fit: quia iam supra ostendimꝰ ꝙ si nullus sit terre motus nālis: nullus erit eius motꝰ violentꝰ. Si autē aliquis dicat ꝙ corpora simplicia que sunt in mundis diuersis sint cōuenientia in nomine ⁊ forma ⁊ diffinitione: sicut terre multorū mundoꝝ ⁊ reliqua elemēta: sed differunt in numero: ⁊ hoc est dicere ꝙ quedā similantur quibusdam lꝫ nō oībus similētur: partes enīꝫ terre istius mūdi similantur partibꝰ terre alterius mundi: ⁊ sic vnūqđqꝫ elementorū huius mūdi similatur sua relatio alterius mūdi ad quod refertur per conuenientiam nominis ⁊ relationis: ⁊ ideo non diuersificantur in forma ⁊ rōne: sed in numero tm̄: ⁊ qꝛ diuersificantur in numero elementa q̄ sunt partes mundorum: ideo loca priū mundorū etiam non diuersificantur nisi in numero: ita ꝙ mediū vnius mundi idē est in forma ⁊ ratione cū medio alterius: ⁊ mūdi orizō idem in ratione cū orizontibus oīum mūdorū: cū enīꝫ locata mundorū que sunt partes simplices ipsorum cōueniunt in forma ⁊ ratione: tūc necesse est etiam cōuenire loca mundoꝝ oīum in forma ⁊ ratione. Si ergo sic dicatur ꝙ diuersitas partiū mundoꝝ in numero exigit diuersitatem locorum: tunc omnes partes terre ꝑ numerū diuerse talē exigent locaꝫ ad quē moueantur diuersitatē. Si ergo ab ista terra que est hic separentur due partes vel tres diuerse in numero: ille non mouebūtur ad locum vnum in numero: ⁊ non desiderant locum vnum ⁊ eundem in numero: ꝙ est omnino impossibiel: quia si hoc esset non esset terra rotunda: sicut in secundo libro istius scientie posterius ostendemus: ergo nec diuersitas que est penes numerum solū facit loca diuersoꝝ mundorū esse diuisa in solo numero ad quē moueanẗ corpora simplicia. Licet aūt nos induxerimus multas rationes ad probandum ꝙ non possunt esse mundi plures q̄ꝫ vnus: tamen h sufficit ad probabiliter ostēdendū mundū esse tm̄ vnū: qꝛ aduersarius nō potest probabiliter cōtradicere sermonibus inductis: ⁊ ideo concedendum est ꝙ mediū est vnū tm̄: ⁊ orizon vnus ad mediū aūt esse vnū: ⁊ orizontez esse vnū: sequitur necessario esse vnū celū: ⁊ mūdū esse vnū. hoc enīꝫ sequitur ex sermonibus ⁊ necessitatibus cōclusionū que sunt inducte.

Capitulum. iij. illorum qui dicunt elementa mundorum non moueri ad inuicem eo ꝙ distent in infinitum.

Sed quia aliquis dicere posset ꝙ propositiones demonstrationū inductarū oēs fundantur super hoc ꝙ motꝰ corporū simpliciū sunt finiti: ⁊ hoc aliquis posset negare videtur nobis ꝙ hic induceramus eius probationeꝫ: licet etiā in pluribus aliis locis hoc probauerimus: dico igitur ꝙ terra necessario mouetur ad aliquē locū determinatū. ⁊ ignis similiter mouetur ad aliquē locū determinatū ⁊ hoc qđē similiter manifestū est ex silogismo ⁊ patens ad sensū ex inductiōe i omnibus motibꝰ. Omne enī qđ moueẗ alteritate quadaꝫ renouationis sitꝰ vł forme transfertur de aliquo cōtrario in aliquod cōtrariū: omne enim qđ transfertur de cōtrario in cōtrariū mouetur finite a quodā in quodā: ergo nullꝰ motus est infinitus. alterationes aūt que sunt motꝰ in qualitate diuersificanẗ s̄m formas contrarias vel media q̄ cōparata extremis sunt vt cōtraria. Forme enī qualitatū ex quibꝰ corpora mouentur ad formas alias diuerse sunt ab inuicē diuersitate cōtrarieta tis: omnis ergo alteratio est in eo qđ est finitū: sicut sanatio que est motus de infirmitate in sanitatē que determinata est ⁊ finita opposito. Similiter aūt mouetur augmētū de quantitate imperfecta ad quātitatē perfectā: ⁊ similiter est de motu locali: qđ .n. mouetur localiter mouetur de cōtrario loco ad cōtrariū: ⁊ nō moueẗ nisi ad locū qui extremus est comparatione sui motꝰ ⁊ nō ad aliū: ⁊ ideo motus finitꝰ ⁊ determinatꝰ est. sicut ⁊ sanatio est motus finitꝰ: sic enī sanatio non est motus terminatus ad quācūqꝫ voluerit formā ille qui sanatur. sꝫ tantuꝫ ad sanitatē nō ad aliā: ita est de motu terre ⁊ ignis ⁊ aeris ⁊ aque q̄ nō moueuẗ nisi ex cōtrario loco determinatu ad cōtrariū ⁊ nō ad aliū: neqꝫ ad infinitū moueuẗ: si ergo est h s̄m ꝙ diximus nunc motꝰ ignis ⁊ motus terre non sunt ad finitū: sed ad aliā distantiā que habet vltimū siue extremū. sꝫ oppositiōeꝫ situs siue loci: ⁊ hoc est ꝙ moueẗ ad locū oppositū illi loco ex quo est motꝰ eoꝝ: sicut locus superior opponitur inferiori: ⁊ ista duo loca sunt extrema ⁊ opposita incessus ⁊ motuū eoꝝ q̄ sunt leuia ⁊ grauia: ⁊ hoc etiā ꝓbauimus in fine. vj. ꝓhicoꝝ. Sed h fecimus rememorationē de ipso q̄tuꝫ sufficit ad presens. Cū igitur nullū elementoꝝ diuersoꝝ mūdorū ab hoc nostro mundo distet in infinitū: tūc oportet propter prius inductas rationes ꝙ moueantur oīa elementa mundoꝝ ad loca elementoruꝫ istꝰ nostri mundi. Et si forte aliquis dicat ꝙ ea q̄ habēt motū rectū sunt finite distantie s̄m locū propter cōtrarietatē loci i quo est motus rectꝰ: sed nō est ita de circulo: ⁊ ideo circuli ambitus infinitus impedit ꝙ non possunt peruenire elemēta ad hunc nostrū mūdū. Obiiciemus cōtra illud dicendo ꝙ etiam in circulo est motus quidā finitus ꝑ contrarietatem. Nos enī circuli motū dupliciter accipimꝰ scilicet prout diameter circuli ē duplex ⁊ ꝓut est circulatio peryferie totius indiuise: ⁊ primo quidē modo dicimꝰ oriri aliquid ⁊ accidere: ⁊ ascēdere aliquid ⁊ descēdere in circulo: ⁊ ortus ⁊ occasus: ⁊ ascēsus ⁊ descensus in circulo sunt quodāmodo contraria finientia motū circuli: ⁊ per hoc cōstat ꝙ cū motus circuli distinguatur ⁊ finiaẗ: ꝙ ambitus circuli nō est infinitꝰ. s̄m aūt ꝙ motꝰ est circulatio totꝰ indistincte peryferie ab eodē in idē: est qđē adhuc nō infinitus sed tamē nō habet contrariū distinguēs ipsuꝫ: sic igitꝰ s̄m aliquē modū in motu circulari est cōtrarietas propter diuersitatē pūctoꝝ diametri facti in circulo: motu in aūt circuli totius nō est cōtrariū oīo: ⁊ sic iā manifestū est ꝙ motꝰ ꝑtiū reuolutionis sunt ad loca diuersa finita sicut ⁊ motꝰ rectus: ⁊ sic verificatū est per ratiōes necessarias ꝙ omnibꝰ motibꝰ corporū finis est ⁊ ꝙ nullū corporū mouetur motu infinito: ergo aliquando conueniunt elementa ad hūc mundū nostrū sicut diximus: ⁊ non impeditur per infinitatē distantie que sit inẗ vnuꝫ ⁊ aliū. Signū aūt huius ꝙ motꝰ nō est ad infinitū terre est ⁊ ignis ⁊ vniuersaliter qđlibet graue ⁊ leue: dictum enim horū velocior est motus in fine: ⁊ intendiẗ velocitas eoꝝ tanto plus quāto plus recedūt a principio vnde motus est: ⁊ huius causaꝫ diximꝰ in ꝓhicis. Si ergo motus illorū esset ad infinitū: oporteret ꝙ incessio velocitatis esset in infinitū: ⁊ cū incessio velocitatis nō sit nisi a grauitate ⁊ leuitate: oporteret ꝙ esset grauitas ⁊ leuitas infinita ꝙ supra ostēdimus esse impossibile. Si enī additio grauitatis esset in infinitū: tūc oporteret ꝙ etiā additio leuitatis esset in infinitū: qꝛ vnde moueretur graue naturaliter illuc mouetur leue sicut sepius iam probatū est. Nec est conueniens solutio eoꝝ qui dicūt ꝙ leuia ⁊ grauia mouētur sursum ⁊ deorsum nō per se

sed ex alio mouente q̄si expellente ea: ⁊ ꝙ ideo nō intēdit velocitas ⁊ grauitas ⁊ leuitas eorū. Dicunt enī illi ꝙ co-artatio reliquorū expellit quodcunq; elementū a loco suo quia scilicet cū alio i eodē loco esse nō potest quiete: ⁊ ideo expellitur ab ipso: quia si non expelleretur omnis locus esset ei aptus ad manendum: sermo enim taliū inconueniens est: si enim sic esset vt dictū est de terra magna ⁊ ignis magnus tradi⁹ mouerentur q̄s terra parua ⁊ ignis paru⁹ magnū enī difficulter penetrat expellentia ⁊ paruū facili-ter. Nos autem videmus totum contrariū huius: quia terra magna ⁊ ignis magnus velocius mouentur q̄s ter-ra parua ⁊ ignis paru⁹. Amplius si esset per coartationē ceterorum elementorū motus terre ⁊ ignis: tunc nō deberet intendi motus versus finem sed potius remitti. Videm⁹ enim ꝙ quanto aliquid plus elongatur ab expellente ⁊ coartante: tunc plus remittit motus eius. Ampli⁹ nos videmus ꝙ elementa ista mouentur ad loca illa naturali-ter a quibus recedunt violenter: sicut superius est probatū sed si mouerentur per coartationē tunc ad omnē locū equa-liter expellerentur ad quē facilius posset penetrare: siue esset sursum siue deorsum. Sic ergo patet ꝙ non est conueniēs quod dicere possunt illi qui dicunt elemēta diuersorū mū-dorū nō posse moueri ad inuicem.

Capitulū. iiij. de probatione methaphisica que est per primū motorem quod celum est vnū: ⁊ est in eo digres-sio colligens probationē illam.

Expedit aūt oī studio ponēti ꝯsiderationē in re-bus istis vt confiteat vera esse principia que in-ducta sunt: ⁊ non dubitet de eis ꝑpter aliqua cōtraria his principijs: que quidē aliqui indu-cunt: multi enim ista concedere non possent propterea ꝙ imbuti sunt falsis opinionib⁹ inaniter loquentiū: q: nos induximus tam geometricas rationes de finitate ⁊ vnita-te mundi q̄s etiā naturales: ⁊ vt sit certius quod dictū est reuocetur ad memoriam h quod probatū est in. viij. phi-sicorū: ⁊ sumptū in. xj. prime phie. Illa enī ratio omni-bus melior est ⁊ fortior ⁊ sola sufficiens ad hoc quod pro-betur esse mūdus vnus: ⁊ nos enī illic scripsim⁹ vel ꝓbaui-mus ꝙ motus circularis solus vere est vn⁹ ⁊ vniformis non habens intra se principium ⁊ finē: siue sint in hoc no-stro mundo siue in alio quocunq; mūdo. Deinde extraxi-mus ex vnitate motus vnitatem motoris: quia ab vno non est nisi vnum: ⁊ ꝙ celū primum non est nisi vnū sub quo sunt omnes alij celi inferiores: celo aūt primo vnico existente: ⁊ primo motore existente vnico: non potest esse mundus nisi vnicus: ⁊ non multi: sicut quidā homines dixerunt: sed quia forte difficile hoc esset ⁊ tediosum aliqui querere in phisicis ⁊ in multis locis philosophie prime ideo huius probationē h summatim perstringimus ea que probata sunt non hic probantes: sed ostēdētes quib⁹ locis sunt ꝓbata. Dicim⁹ igitur notū eē ex his q̄ sunt ha-bita in primo libro phisicorū: materiā primā esse substā-tiam in potentiam existente ⁊ nullā omnino formam ha-bentem in actu: sed est simplex in potentia existens: quia si esset simplex substantia in actu existens esset ipsa forma: ⁊ cū forma non sit receptibilis forme: non posset materia ꝑrima recipere formā aliquā: per priuationē aūt q̄ ē in ipsa subijcitur mutationi que est via ad formā ⁊ efficitur po-tētia recipiens formam: ⁊ ideo est potentia quasi differen-tia substantialis in ipsa que distinguit ipsā ⁊ a forma ⁊ a composito: quia si haberet formā quādā tunc absq; du-bio non esset receptibilis forme alicuius quā diu haberet illā: eo ꝙ sm intellectum verum non sit possibile ꝙ vnū subiectū possit duas habere formas substātiales: ⁊ ideo in phicis dictū est ꝙ non est intelligibilis materia nisi ꝑ analogiam ad formā ⁊ non per formam aliquam quam habeat. Cum autem habeat ipsā formam recipere: ⁊ du-plex sit forma: accidētalis scilicet ⁊ substātialis: tūc absq;

dubio prima materia sm naturā receptibilis est tam for-me substantialis q̄s accidentalis: quoniā accidentalis nō est actu nisi substantia actu existente: ⁊ ideo in. v. phisico-rum diximus ꝙ non mouetur secundum accidentalē for-mam: nisi ꝙ actu est ⁊ non potentia: ⁊ hoc perfecte proba-tur. Est autem duplex forma substantialis: quarum vna est diuisibilis ⁊ q̄si dimensa ⁊ finita diuisione ⁊ dimensio-ne ⁊ finitiõe materie: ⁊ illa procul dubio est act⁹ ⁊ perfectio corporis habens virtutem in corpore: sicut diximus in viij. phisicorū. Altera aūt nec diuisibilis est nec dimensa nec finita per materiā: ⁊ hec non est actus alicuius corpo-ris nec perfectio eius: sicut est forma que dicitur intelligen-tia siue intellectus. Forma aūt illa que est actus corporis cognoscitur per hoc ꝙ eius operatio expletur per corpus ⁊ finita est operatio eius: quia sicut diximus in. viij. phi-sicorum: operatio infinita ⁊ virtus infinita que est virt⁹ in corpore: non potest esse nisi infiniti subiecti secundū di-mensiones. In isto autem libro sufficiat ostendere ꝙ nullū est corpus infinitum secundū dimensiones: ⁊ ex his duo-bus relinquitur ꝙ nulla sit virt⁹ corporee forme infinita. Cum autem materia non diuidatur ita ꝙ subijciatur per partes diuersis formis nisi per quantitatem: eo ꝙ secun-dum se indiuisibilis est: sicut ostendimus etiā in primo phisicorū: oportet ꝙ materia que suscipit formas que sunt actus ⁊ perfectiones corporis sit primo susceptibilis triū dimensionum non tamen terminatarum ad certas dimē-siones: quia si certe dimensiones essent materie cōtingeret ꝙ continue corrumperentur in omni generatione ⁊ cor-ruptione: ⁊ hoc non eē verū ostendimus in primo phisi-corū: propter quod primo suscipit formam que est corpo-reitas indeterminatarū dimensionū: q̄ mediante diuisibi-lis efficitur ⁊ diuersis formis substantialibus per partes subijcibilis: ⁊ h corporeitas est cōmunis omnibus for-mis quas suscipit: quia sicut ostendi hēs in secundo peri geneseos: forma cōmunis in materia omnibus ⁊ plurib⁹ substantijs mutatur quando mutatur forma substantia-lis: sicut patet quando mutatur ignis in aerem: remanet caliditas ⁊ diafanitas eadem in essentia: licet autem habeant diuersū esse in igne ⁊ aere: ⁊ ita corporeitas ma-terie que est sicut forma prima respectu omniū formarū que sunt perfectiones corporee remanet in ipsa: ⁊ nunq̄s denudant ab ipsa in aliqua transmutatione quorūcunq; corporum: ⁊ si denudaretur contingeret ꝙ corpus esset ex omnino non corpore: ⁊ ꝙ fieret ex nihilo omnino: ⁊ hoc ostendimus impossibile esse secundum naturā in primo phisicorū: quia igitur h corporeitas prima forma est per quam suscipit omnem formam substantialem corporis: sequitur necessario ꝙ omnis forma substātialis corporis diuisibilis sit ⁊ virt⁹ eius limitata sit ad corporis dimēsio-nes: ⁊ q: diuisibilis est oportet necessario eē generabilē et corruptibilē: eo ꝙ per motū ꝯ inducitur: ⁊ quia vna po-tentia est multiplicabilis ⁊ per multitudinē multiplicat secundum actum: ⁊ quia corporeitas non est actiua neq; passiua nec etiam forma substantialis que est actus corpo-ris ideo indiget qualitatibus actiuis ⁊ passiuis per quas huiusmodi perficiat transmutatio: ⁊ ideo post primā for-mā substantialē que ꝯsequitur corporeitatē a substantia ipsa causantur qualitates prime que sunt proprie qualita-tes primarum substantiarum simpliciū generabilium ⁊ corruptibilium que dicuntur elementa: sicq; fit vt substā-tialis forma corporis secundum ordinē nature cōsequēs sit corporeitatem indeterminatarum dimensionū: ⁊ cum corporeitas propria que est dimensionū determinatarū sit post formā substantialem: et ideo ꝙ licet corpus phisicū est proprie quantitatis ⁊ proprie figure: h aūt licet proba-ta sint a nobis in locis diuersis tñ ad sensū patēt in pri-mis formis. Nos enī videm⁹ ꝙ crescente dimensione in materia aeris tñ extēdi pōt ꝙ nō ampli⁹ sub forma aeris erit sed efficiet sub forma ignis: ⁊ similiter est in decremē-

to dimensionū per condensationē mutatur ignis in aerem: ⁊ aer in aquam: ⁊ aqua in terram: vnde patet primarum substantiarum formas substantiales consequi corporeitatem indeterminatarum dimensionum: licet determinate dimensiones consequantur ipsam substantialem formam ꝙ est in primis corporibus phisicis: necesse est in omnibus posterioribus esse que constituuntur eorū communione. Si ergo se habet forma generabilium ⁊ corruptibiliū forma autē que est intellectus sicut per se apparet ⁊ in prima phisica probatur. ⁊ in libro de anima: est vniuersaliter agēs ⁊ vniuersaliter quodammodo patiens: agit enim vniuersaliter omnes formas ⁊ est quodammodo omnino passibilis intellectus: ⁊ quia sic non est limitate operationis: impossibile est ꝙ ipsa sit forma corporis recepta mediante corporeitate: quia sicut ostēdimus omnes actus corporis limitatas habent operationes. Est igitur materia scdm se scdm ꝙ ipsa est in potentia omnia ante omnem corporeitatem receptibilis huius ⁊ ideo remanet etiam indiuisibilis cū omnis forma q̄ post corporeitatē in materia necessario recipitur per accidens diuisibilis sit: materia autem ante omnem corporeitatem indiuisibilis est omnino: sicut ostendimus sepius: sed tamen in hac materia intellectus sunt diuerse sententie perypatheticorū ⁊ diuiduntur in .iij. opiniones diuersas. Est illa quidē que Aristo. sicut incipit ex verbis suis: licet in nullo loco expresse dicat in libris quorū noticia ad nos peruenit: est ꝙ intelligentia sit forma celi: ⁊ ꝙ celi materia sit susceptibilis huius forme ante corporeitatē: propter quod Aristo. frequenter dicit ꝙ nō est vna materia celi ⁊ corporū generabiliū ⁊ corruptibiliū: ⁊ ꝙ celū habeat corporeitatē determinatarū dimensionū ⁊ rotundarū superficierum: hoc non est ideo ꝙ iste dimensiones educte sunt de potentia materie: que potētia est dimēsionis indeterminate que recipit formas corporis: sed potius quia motus celi non est nisi corporis: ⁊ quia intelligentie sunt mouentes: oportuit celū habere determinatas dimensiones: cum tamen substantiales formas suas primas mediante corporeitate nō recipiant: ⁊ est causa: quia substantie intellectuales sunt omnino impartibiles ⁊ immobiles per se: quia non mouetur nisi corpus ⁊ non diuiditur nisi quantū vel ꝙ est inquanto sicut in subiecto: ⁊ quia sunt indiuisibiles diuisione subiecti: ideo determinat Ari. ꝙ tales forme non sunt constitute per subiectū sine per materiam. quēadmodū corporū forme omnes per materiam constituūtur: quo ad hoc ꝙ educūtur de materia sicut actus de potentia: sed potius iste oēs sunt constitute a causa prima scdm omnes ordines celorū ⁊ celestium corporum. Et ideo dixit Aristoteles eas esse substātias separatas: ⁊ hac eadem de causa dixit intellectū hominis ingredi ab extrinseco: quia omnis forma educta de potētia ad actū scdm potestatem materie educitur: ⁊ nō potest esse nisi limitate operationis: quia cū materia efficitur actu tūc diuiditur ⁊ nō diuiditur nisi per corporeitatē vt diximus: ⁊ ideo oīs forma educta de materia sicut de potētia est cōsequēs corporeitatem. Dico autē consequens natura ⁊ non tempore. Et hoc est causa quare Aristoteles laudat anaxa. de hoc quod posuit intellectum esse non mixtum ⁊ ideo vniuersale in agendo ⁊ non limitatū in opere. Ulterius autem quando inuenit Aristoteles intellectum sic esse formam non mixtam nec impeditam: dixit ꝙ intellectus idem est mouens ⁊ ad quem est motus. Mouens quidē scdm ꝙ ipse est actus talis qualis determinatus est: ad quē autem est motus scdm ꝙ ipse est separatus ⁊ vniuersalis in ratione mouente: ⁊ huius posuit exemplum: sicut vnus intellectus cibi quia scilicet cibus est conueniens mouet omne ꝙ cibum desiderat: ⁊ ad ipsum mouetur vnūquodq; accipiens cibū scdm proportionē sibi conuenientem. Et dixit etiam multo magis in superioribus esse vnū intellectum primū qui mouet omnia sicut motor cōmunis: ⁊ non mouet nisi ad seipsū scdm ꝙ in ipso est intellectus cause prime: vt scilicet producat ⁊ sit principiū naturalium scdm motum sibi infusū a causa prima: ⁊ ideo in talibus dixit vnū ⁊ idem intelligens ⁊ intellectū: sicut nos diximus de intellectu actiuo ⁊ practico: ꝙ iste actiuus ē per formā sciētie practice. ⁊ hoc est intellectū suū ad quod dirigit opus: ⁊ ideo idem est ibi intellectus mouens ⁊ intellectū in opere constituto per intellectū ⁊ hoc est multo plus in intellectu primo qui per seipsum forma est eorū que constituūtur ab ipso: ⁊ hec est causa ꝙ Aristo. frequenter dicit in pma phia: ꝙ opus motoris est sicut opus artificis: ⁊ est sicut esset domus ex domo: ⁊ sanitas ex sanitate: domus enim in lignis ⁊ lapidibus est ex idea domus in anima artificis: ⁊ sanitas que est in calidis ⁊ humidis ⁊ siccis cōplexionibus est ex sanitate que est in anima medici: ⁊ hoc multo magis esset verū si anima artificis non per accidēs sed per se esset forma eorū que facit quēadmodū forma est suorū operū motor primus: quia generaliter tales forme non cōstituūtur per materiā: ⁊ sunt separate licet splendores earū sint in materia: ideo dixit Ari. ꝙ tales substantie separate non mouētur etiā per accidēs motu corporū que mouent: sicut ostensū est sufficienter in viij. phisicorū: ⁊ si mouerentur per accidens essent fatigabiles ⁊ corruptibiles: quoniam tunc essent limitate corporibus ⁊ limitate dimensionibus corporū. Dixit etiā Ari. ꝙ non est alia anima corporū celestiū nisi talis substantia: quia appetitus qui est in celestibus vt expleant per motus huius formas intellectuū: eo ꝙ sunt sicut instrumenta intelligentiarū corpora celestia: sicut determinatū est in. viij. phicorū: est appetitus eius quod recipit actū vite intellectualis per lucem intelligentie coruscantis super ipsum: ⁊ talis lux indiuiduata per ipsum: est sibi causa appetitus ⁊ motus: quēadmodū in nobis est actus anime mouentis. Ex his autē facile colligitur ꝙ primus motor qui est vniuersaliter omnia mouēs necessario est vnus ⁊ ꝙ est immaterialis non est multiplicabilis per materiā. Cum igitur ab vno motore nō est nisi motus vnus: vnus erit primus motus: motus autem vnus non est in multis mobilibus sed in vno. ergo vnū mobile est primū: vnico autē mobili primo existente ⁊ motore primo ⁊ motu primo necesse est ꝙ omnia alia mobilia ⁊ motus ⁊ motores referantur ad illud: talis autem ordo vnius perficit vniuersū mundū. Unde ergo vnicus est mundus ⁊ non possunt esse mundi plures ⁊ hoc est probatio subtilissima quā attendit Ari. in primo celi ⁊ mundi: ⁊ in hanc sententiā omnino conuenit auerois: sicut patet primū librū legēti eius quē de substantia orbis intitulat: auicena autem ⁊ theodorus parū declinant ab ista opinione: dicunt enim celū recipere formas substantiales post corporeitatē: ⁊ ideo hoc est quia dicunt celi esse duplicē motorē: animā scilicet ⁊ intelligētiā: ⁊ intelligentiā esse extra ⁊ animam intra: ⁊ fuit causa dicti eorū ꝙ intelligentia est vniuersalis: vniuersale aūt vt vniuersale non est sufficiens causa motus particularis: motus autem talis particularis est ⁊ proprius: ⁊ ideo oportet eū habere motorē particularē ⁊ propriū. Hec aūt sententia nō videt cōsequēs: quia absq; dubio omnis forma que datur mediante corporeitate educit de potētia ad actū: sic ⁊ ipsa corporeitas determinata educitur de corporeitate indeterminata ⁊ est generabilis ⁊ corruptibilis. Erit autē alius locus de his latius tractandi. Est autē tertia opinio eiusdē manicheorū phi cuius nomē est abonices: qui dixit omnes intellectus esse vnū: sed indiuiduationē eorū esse diuersaz ⁊ est indiuiduatio eius per irradiationem: ⁊ ideo dixit ille motorem primū esse vnū in substantia: sed scdm esse differt in intelligentijs ⁊ mouentibus in tantū ꝙ etiam dixit intellectum humanū esse talē: ⁊ cessante indiuiduatione que est per irradiationem corporis tūc remanere lucē primi motoris. Hec autem opinio mala est ⁊ contraria fidei catholice: quia sequitur ex ea nō remanere animas post mortem in ratione animarū: sed remanere ex omnibus animabus vnum ⁊ idem quod est lux primi motoris. Et est eius

improbatio ꝙ impossibile est idem ⁊ vnum indiuiduanri ad plurima subiecta: quia contingeret vnam numero formā esse in pluribus subiectis: ⁊ hoc ē impossibile cuꝫ forma non numeretur nisi per subiectum. Conueniunt tamen cum Auicena quoniā abonicer in hoc ꝙ primus motor est vnus: ⁊ propter suā vnitatem probatur mundus esse vnus modo quo prediximus. Diuersam autem fere ab omnib⁹ perypateticis aliꝫ profert in mediū auiceb:on in libro fontis vite qui alio nomine de forma ⁊ materia intitulatur sententiā hec eni dicit materiam esse spiritualē: cuius primus actus ē intelligentia ⁊ secūda determinatione determinat per dimensiones corporis: ⁊ tertia per contrarietatē: ⁊ ideo ponit intelligentias esse particulares substantias compositas ex materia ⁊ forma: ⁊ esse subtilissimas ⁊ subtiliores ⁊ subtiles ſm diuersitatē sue essentie: ⁊ esse motores sperarū per speriuꝫ ⁊ non p naturā sed cōuenit in hoc ꝙ necesse est primū motorē esse vnū ⁊ in de vlteri⁹ concludit mūdus esse vn⁹ per modū quē diximus: Hergo sufficiant ad presens de illa probatione prime phie qua probatur mundus esse vnus.

Capitulum quintum ⁊ est digressio ad probandum ꝙ mundus est vnus iuxta probationem ex phisicis mathematicis ⁊ astronomicis.

Est autē adhuc aliqua probatio subtilis que est mixta ex phicis mathematicis ⁊ astronomicis ppositionib⁹ que est ista ꝙ spere celorꝫ siue sint in mūdo isto siue in alio plures sunt numero: que infra q̄remus rationē ⁊ cām ſm ꝙ h oportet nos scire ⁊ supponere ex propria astronomo:uꝫ doctrina est ꝙ omnes spere inferiores motum habēt spere superioris. Cum autem in inferioribus duplicē necessario inueniamus motuꝫ: sicut dicit Aristoteles in. xi. prime philosophie. scilicet motuꝫ planetarꝫ qui est ab occidente in orientem: ⁊ motum diurnum qui est ab oriente in occidentē: necesse est ꝙ alter istorꝫ motuū inferiorib⁹ speris sit nālis: ⁊ alter ab alio motore superiori. Cū aūt in motu diurno eq̄liter moueantur inferior ⁊ superior: ⁊ cōstat ꝙ nulla corpora inequalia in quantitate que sunt vnius nature in genere: sunt equalis motus secundum naturam: oportet necessario ꝙ motus diurnus non sit eis naturalis: sed potius motus planetis qui est ab occidente in orientem: in quo etiā sunt equales: ergo motus diurnus ex quo est ab alio motore non potest esse nisi alicuius superioris: relinquitur tandem ꝙ ipse est motus primi mobilis ⁊ primi motoris. Qd autem inferiora mouentur eodem motu: nō potest etiam fingi ꝙ sit ex aliqua causa nisi ex vna: impossibile enim est vt dicatur ꝙ idem duobus motibus cōtrario sibi venientibus cōtinue moueatur siue ab vno motore siue a duobus. Si enim essent equaliter fortes ambo starent: ⁊ si esset vnus fortior reliquo: iste remaneret ⁊ alter cessaret: sicut diximus in. viij. phisicorum. Eadem de causa dici non potest ꝙ inferius celuꝫ mouetur motu vno ⁊ superius celum tactu suo moueat illum in oppositum quia iterum vnus motus sisteret alium: ⁊ etiam ideo quia videmus quod frequenter duo celi immediate tangentes se mouentur ad partem vnā: sicut compertum est per demonstrationes instrumentorum omnes celos planetarum moueri ab occidente in orientem. Nec iterum dici potest ꝙ duo motores h faciūt in vno mobili existentes quia duo motores in nulla natura determinātur ad vnū mobile: ita ꝙ vterqꝫ sit intellectus: sed si duo sunt: vnus erit sicut intellectus: ⁊ alter sicut fantasia mouens: nec iterum etiam si essent duo motores fieri posset motus continuus in vno mobili ad duas partes oppositas: quia in puncto reflexionis necesse esset quietem intercidere: sicut probatum est sufficienter in octauo phisicorum. Si autem aliquis dicat ꝙ hoc est ideo quia totus orbis est continuus ⁊ vnius nature: ⁊ non est per orbes distinctus: ⁊ mouetur a motore vno: ⁊ vno motu qui est ab oriente in occidentem: ⁊ error visus ꝙ planete videntur moueri ab occidente in orientem: cum tantuꝫ dicant ꝙ ab oriente in occidenteꝫ moueantur: illū reputamus insani esse capitis cum nos videamus lunam plus ⁊ plus accēdi ſm ꝙ mouetur recedens a sole ab occidente in orientem donec a sole distans oritur in oriente quando sol occidit in occidente: ⁊ tunc deficiens a lumine per oppositū reuertitur: semicirculum: ⁊ cum hoc dictum veritati ⁊ omnibus phis sit contrarium: ita ꝙ etiam Aristoteles tam in celo ⁊ in mundo q̄ꝫ etiā. xi. p̄me phie hoc negat: ⁊ in libro de causis proprietatū elementorꝫ ⁊ planetarum: miror ꝙ aliquos inuenit assertores ⁊ in veritate assertores dicti illius nihil omnino sciunt de natura ⁊ motu celi: sed verba que inuenerunt sequuntur non curantes de inconuenientibus que sequūtur ad dicta eorum. Si autem aliquis dicat sicut dicit alpetragius: ꝙ celi quidē distincti sunt ⁊ omnes sunt concentrici cum terra ⁊ mouentur ab oriente in occidenteꝫ a motore primo: nec habent motorem alium: ⁊ cū a motore vno simplici sit vnus motus: oportet ꝙ omnes moueantur motu vno: sed motus ille fortior est in eo ꝙ immediate sibi coniungitur q̄ꝫ in eo quod distat ab ipso: ⁊ ideo cum primum mobile motum a motore primo vsqꝫ ad lunam que notabiliter distat: ⁊ perficit circulum ab eodeꝫ puncto in idem: secundum mobile non adhuc perficit ipsum: sed distat a pūcto a quo incepit motus: ⁊ sic descendendo per omnes speras semper est motus tardior in superiori q̄ꝫ in inferiori: propter distantiaꝫ a motore primo vsqꝫ ad lunā que notabiliter distat: ita ꝙ preuenitur multotiens a motu diurno in tantuꝫ ꝙ retardatio eius est per. xiij. gradus ⁊ amplius aliq̄ñ. ⁊ iste retardatiōes faciunt videre ꝙ planete moueantur ab occidente in orientem: cum hoc non causetur ex motu: sed potius ex retardatiōe inferioris spere post superiorem. Si ergo vt diximus ita aliquis dicere velit: non est contra nos quo ad conclusionē quā h intendimus: ꝙ videlicet mundus sit vn⁹: quia ſcdm istuꝫ motor est omnino vnus ⁊ vniuersalis: ⁊ ex hoc demonstrabimus mundum esse vnum: sed tamen eius dictum in se falsum est multis de causis: quarum tres h reputamus sufficere: quarum vna est: ꝙ si retardatio talis sperarum inferiorꝫ que mouentur super polos orbis signorum faceret retardationem que videtur ab occidente in orientem: tunc deberet proportionabiliter descendēdo fieri. Nos autem videmus ꝙ non fit hoc: quia saturnus perficit circulum retardationis ab occidēte in orientem in. xxx. annis. ⁊ iuppiter in. xij. que est proportio dupli sex que altera. Et mars perficit circulum minus q̄ꝫ in duobus annis que est proportio ad iouis motuꝫ plusq̄ꝫ sextupli. Et iterum sol perficit circulum in vno anno que ad martem est proportio minus quā dupli siue sub dupli: ⁊ sic descendendo non inuenitur proportio vna obseruata. Alia causa est ꝙ secundum h minus inter omnes deberet retardare inter omnes circulos circulus signorum qui proximus est primo mobili: cuius motuꝫ sequuntur stelle que sunt in firmamento ꝙ est celum octauum: ⁊ deberet seruari proportio ad inferiores speras: ⁊ h nō fit quia repedatio eius perficitur in. xxxvj. milib⁹ annis ⁊ hec nō pportionatur motui planetarū ſm eandem specieꝫ pportiōis. Tertia ratio est q: ſm oēs stelle in quocunqꝫ loco circuli apparēt eiusdem essent altitudinis a terra: ⁊ eiusdem quantitatis debet apparere dyameter ipsarū: quod omnino est falsum sicut ad visuꝫ probatur per instrumenta astronomica. Secundum hoc etiam nunq̄ꝫ deberet apparere retrograda stella aliqua cum hoc in marte expressissime videatur fal-

sum ad visum: quia frequenter ad magnum spacium a loco in quo mouetur redit versus occidentem ⁊ hoc deprehēditur per stellas quibus videtur coniunctas in diuersis noctibus. Inueniuntur autem stelle plures stantes in loco vno ꝗ̄ in alio: ꝙ totū nunqȝ̄ contingeret si reditus eorum ab occidente in orientē nō esset nisi retardatio post motum eorum spere superioris: his igitur omnibus ab ierris cum principe Albeali ⁊ cum Ptholomeo quibus non contrariatur Aristoteles. Dicimus ꝙ nullum corpꝰ mouetur ab alio corpore: si non est tangens ipsum vel infixum ei vel infusum aliter. Cum ergo omnes orbes planetarum sint centrum egredientes: oportet vt supra diximus aut aliqñ intercidere vacuū inter orbes ꝙ est impossibile: aut esse corpus in plures inter orbes: dico ergo ꝙ quilibet planetarum habet motum proprium: motum autē superioris participat per corpus quod implet inter speras illas: oportet enim ꝙ corpora que sunt vnius motus in genere proximo: sint vnius nature in genere: ⁊ ideo cū omnes he spere hoc est spera planetarum ⁊ spera stellarum fixarum mouentur super eosdem polos: ⁊ ab occidente in orientē continue qui est motus circuli signorū: oportet ꝙ sint orbes illi de natura circuli signorū: ⁊ corpus quod implet inter speras illas e necessario de natura circuli signoꝝ ⁊ ideo cū planete mouent de occidēte in orientē: mouent motu corporis ꝙ est inter orbes: q̄ est de nā circuli signorū ꝙ circunducit speram cuiuslibet planetarū de occidente in oriente: sed motore proprio mouetur sm̄ tempus in quo perficit circulum: quia velocitas eius est secundū proportionem vigoris ⁊ motoris sui: sicut in pluribus locis dixit Aristoteles: ⁊ isti duo motꝰ quia sunt idē in specie sunt planetis naturales. Motus autem primus velocissimus est qui est diurnus ⁊ ab oriente in occidentem. Nec potest esse ab eodē motore nec potest esse omnino naturalis corpori ipsi moto: nisi naturale dicatur a natura cōmuni que est eius ꝙ circulariter mouetur quocunqȝ modo moueat. Oportet ergo ꝙ ille sit a motore pmo ⁊ ꝙ eiꝰ virtꝰ sit diffusa per omnes celos: ⁊ moueat illos absqȝ eo ꝙ excludat virtutes motorum inferiorum: ⁊ de illo motore probauimꝰ ꝙ ipse est īmaterialis omnino. Cōstat autē ꝙ nihil multiplicatur secundum esse in natura nisi per materiam diuisibilem: sicut superius diximus: ergo talis motor cū sit materialis nō potest esse nisi vnꝰ: vno autē existente motore ⁊ motus erit vnus ⁊ mobile primum erit vnū: ⁊ per consequens omnia mota ab illo in ordine erūt vnum: ⁊ sic mundus erit vnus ⁊ non possunt esse plures ⁊ hoc est ꝙ volumus inuestigare: ⁊ hec probatio per sensum ⁊ nō per verba scripta est ab albeali ⁊ Auicēna in suo libro sufficientie celi ⁊ mundi. His igitur propter sequentia sic discussis ad propositum redeamus.

Capitulū. vj. de probatione ꝙ mundus sit vnus per ea mobilium que mouentur in mundo.

Dicamꝰ igitur nunc ꝙ si nos numeremꝰ simplicia corpora prima per diuersitatem sui motus quā habent secundum locum: tunc ipsa sunt tria que dicuntur elementa corpora: nō quod omnia veniant in compositionem sequentium corporum: sed ꝙ sint prima ⁊ simplicia: hoc autem sunt graue in genere ⁊ leue in genere: ⁊ neuter ꝙ est corpꝰ celeste. Et quantū ad eos qui dicunt mundos esse plures omnia hec erunt in loco: ꝙ licet nos diximus in. vj. phisicoꝝ ꝙ celum non est essentialiter in loco: eo ꝙ non habet circundans corpus: tamen quantū ad eos qui dicunt mundos plures esse extra ipsum: sequitur ꝙ extra celū sit locus: ⁊ sic quo ad eos celū est in loco essentialiter: oportet ergo eos concedere ꝙ loca mobilium primorum sint tria secundum genus conuenientia sicut ⁊ ipsa mobilia. Horum autem locorum vnus est locus descendentis deorsū: ⁊ ille est locus corporis qd̄ quiescit in medio: ⁊ illud est corpꝰ graue. Secundus autem est vltimus locus qui longissime distat ab ipso ⁊ ille est locus eiꝰ ꝙ mouetur circulariter ab ipso: ⁊ neqȝ est graue neqȝ est leue: sicut est celū ⁊ locus. Tertius est medius horum duorū locorum: ⁊ iste locꝰ corporis ꝙ est inter duo locatum: ⁊ illud est leue: quod necessario locatur inter circūferentiam ⁊ centrum. Si enim diceret aliquis ꝙ leue non esset in loco illo: tunc oporteret ꝙ in alio esset loco naturaliter: ⁊ hoc iam ostendimus esse impossibile. Si enī ille locus medius inter centrum ⁊ circūferentiam esset leui corporis accidētalis: tūc oporteret ꝙ esset aliud corpus simplex cui esset naturalis: ⁊ nos ostēdimꝰ ꝙ nō est aliqd̄ corpus quod sit preter naturam istorum triū corporū que diximus. Si ergo hoc est vt diximus: tunc oportet necessario ꝙ locus medius inter circūferentiam ⁊ centrum sit locus corporis leuis: sed tunc leue ⁊ graue diuersitates habent. de quibus nos faciemus mentionē in futuro in sequēti hꝰ huius sciētie libro tertio ⁊ in quarto. Sed ꝙ ex dictis habetur: hoc est ꝙ sicut vnus locꝰ est inferius ad quem mouentur omnia grauia in quocunqȝ sint mūdo: ⁊ vnus est locus superior ad quem mouentur omnia leuia in quocunqȝ mundo fuerint: sicut nos ostendimus in phisicis: ita necesse est vnum in numero esse locum: in quo mouetur celum omne in quocunqȝ mundo fuerit: et si est vnus locus: vnus est mundus: ergo non possunt esse plures mundi. Et hoc etiam ostenditur per deductionem per impossibile: dentur enim plura esse media ad que est motus grauis in pluribus mundis: et plures esse orizontes ad quos est motus leuis: ⁊ ꝙ illa data loca diuersorum mundorum non differant specie: sed numero solo: tunc medium a medio plus distat: ꝗ̄ medium ab orizonte: sed mediū cum medio conuenit in specie: ⁊ medium ⁊ orizon opponuntur contrarie: ergo plus distant in loco conuenientia in specie quā contraria in specie: et hoc est contra rationē contrariorū. Cum enim omnia contraria maxime se distent prima distantia: ⁊ propria est a contrariis in loco a quibus distantia transmittitur ad omnia alia contraria: ergo contraria in loco maxime debent distare: ⁊ sequitur contrarium a contrario non maxime distare ex ypotesi qua ponuntur plures esse mundi: ergo ista ypotesis non est tantum falsa: sed etiam impossibilis. Amplius si dicantur plures esse mundi et equales in quantitate: tunc non plures cōtingere possunt istū nostrum mundū quā quattuor: ⁊ scdm̄ hoc duo orizontes sūt quattuor punctis: vbi exteriores mundi nostrum contingunt mundum vni soli medio nostrum circūponuntur. Cum igitur contrariorū primorum virtus debeat esse equalis: sequitur necessario ꝙ ex hoc generetur inequalitas: ⁊ erunt elementa superiora potentiora elemento inferiori: ⁊ sic vincent super ipsum: ⁊ dissolueretur iste noster mundus. Adhuc autem cum circuli mundorum non se contingant nisi in puncto oportet necessario remanere spacium inter cōuexū circuli vnius spere ⁊ alterius: aut ergo aliquid est in vno spacio replens ipsum: aut nihil. Si enim sit ibi aliquid replens illud. non potest esse de natura alicuius elementi: nec de natura celi: quia istorum motus aut est a medio aut ad medium aut circa medium: et in isto spatio non est aliquod medium equaliter distans a conuexo circūferentiarum: quia longius distat in vna parte quā in alia: oportet ergo fingere noua elementa ⁊ nouū mundum: que non sint de natura istius mundi que repleant illud spaciū. Si autem nihil est in spacio isto: tunc remanet vacuum: ⁊ ostensum est in. iiij. phisicorum: quod impossibile aliquod esse vacuum.

Adhuc autẽ si plures sint mundi aut sunt infiniti in pluralitate aut sunt finiti: si dicantur infiniti: tunc infinitũ erit aliquid actu existens: ⁊ hoc est improbatũ. Si autem finiti: tũc in aliquo numero erunt: ⁊ si q̃ratur quis est numerus iste: ⁊ que sit ratio eius: ⁊ non erit assignare etiam si fingere velit aliquis. Adhuc autẽ cũ videam⁹ in omnibus naturam stare in cõpendio: cũ natura omnia possit explere opera per ea que sunt in mundo isto videbitur ꝙ superflui sunt mundi alij omnino. Si autem forte aliquis dicat ꝙ possunt mundi esse plures sed non sunt: quia deus posset fecisse plures mundos si voluisset facere: ⁊ adhuc posset facere si vellet: contra hoc non disputo. Cum enim hic concluditur ꝙ impossibile est mundos esse plures: vel fieri plures: ⁊ ꝙ necessariũ est vnum esse solum: intelligitur de possibili et necessario quod est ex parte mundi quantũ ad partes ⁊ ad causas eius essentiales ⁊ proximas: ⁊ est magna differentia inter id quod deus potest facere de absoluta potentia sua: ⁊ inter id quod in natura potest fieri: multa enim in eo iudicio facere potest que tamen fieri non possunt. Non enim omnis potentia actiua conuertitur in passiuam: sed solum illa que patiens habet sibi proportionatũ in ita quod potest recipere totum actum agentis: ⁊ taliter non se habet potentia alicuius entis causati ad causam primaz: ⁊ ideo quãtum est de natura mundi: dico non posse fieri mundos plures: licet deus hoc si vellet posset facere. Et quod Hesiodus ⁊ aliqui alij dixerunt tamen fecisse deus mundos plures ⁊ infinitos: sed hoc mirabile dictũ sunt: quia secundũ omnes bonum ciuile perficitur cõmertione ciuiũ quod non fecerunt dij: quia quos illi dixerunt creatores mundi cõmertionem inter ciues diuersorum mundorum: bonum autem mundorũ non est perfectum sine cõmertione ciuium. Adhuc autem videtur ꝙ operis sui per plures mundos sibi fecerunt maximũ impedimentum quia cũ plures spere mundorũ se in puncto contingant ⁊ non moueantur contra se: sed potius vna tangit aliam videtur quod vna impedit aliam in motu suo: cum vt illi asserunt dij motores sint sperarum: videtur ꝙ sibi fecerunt impedimentum maximũ per hoc ꝙ vna spera impedit aliam ⁊ impellit. Est autem mirabile ꝙ dij quos dicunt mundum gubernare motu: ⁊ ratione eiusdem nature habitatoribus diuersa preparauerunt habitacula: falsum igitur est esse plures mundos. Jam ergo ostendimus ⁊ clarificauimus qualitates elementorum corporeorũ que ad motum disponuntur localẽ que sunt rectitudo ⁊ circularitas ⁊ grauitas ⁊ leuitas: ⁊ ostendim⁹ quantitatem ipsorum sc̃dm vltima ⁊ sc̃dm numerum esse finitam: ⁊ ostendimus proprium locum cuiuslibet ipsorum: ⁊ ostendimus iterum quantitatem locorum ipsorum esse finitam: ⁊ quis est numerus ipsorũ quantum sufficiat ad presens.

Capitulum septimũ de obiectionibus sophisticis ex quibus probari videtur quod mundi sunt multi.

c

[C]Um autem in precedentibus multe adducte sunt demonstrationes ⁊ probationes ad ostẽdendum mundũ esse vnicum: nulla earum fuit per causam dicentes propter quid mundus est vnus. Sed omnes quidem fuerũt dicentes ad impossibile vel per causam nõ essentialem: ⁊ ille demonstrationes parum plus habent virtutis q̃ probationes dialetice: que fiunt per signa non abundant enim ab ipsis nisi quia sunt per signa profundata et magis propria. Volumus autez nunc per demonstrationem dicentem propter quid determinare: ⁊ ostendere ꝙ mundus est vnicus: ⁊ ꝙ non est possibile vt mundi sint plures: ⁊ ex eodem postea volumus ostendere ꝙ sc̃dm naturam suam est quo ad hoc sempiternus: quia non est factus ex re aliqua habente contrarium: ⁊ ꝙ eadem est causa ꝙ non tãdit sub corruptione. Sed vt nullũ nobis circa mũdi doctrinam generetur impedimentum ex obiectis sophisticorum: volumus anteq̃ ostendamus propter quid mundus est vnicus inquisitionem ⁊ inuestigationem disputatiuam ex obiectis aliquorum facere de vnitate mundi. Potest eni aliquis querendo ⁊ disputando dicere ꝙ nõ est possibile ꝙ mundus sit vnicus: quia videm⁹ in omni re que est per artem vel naturam ꝙ intentio sue forme est preter intentionem eiusdem forme cum materia sua concepte: cum enim nihil sit sensatum ⁊ particulatuz nisi per materiam: oportet necessario ꝙ omne sensibile sic compositum ex materia ⁊ forma. Si igitur nos formaz eius per quaz est intelligibile abstrahamus per intellectũ ab ipso: abstrahamus vniuersale a particulari: alia erit intentio sue forme vniuersalis q̃ sit eiusdem forme sc̃dm esse ꝙ habet in hac materia in qua ⁊ per quã particulariter etiaz sentitur: ⁊ huius exemplum est in orbe siue in circulo. Forma enim orbis per se sumpta ⁊ abstracta: est alia quaz sit quando est concepta sc̃dm esse cũ ere vel auro. Forma enim rotunditatis in esse formali tantũ accepta est sc̃dm rationem preter rotũduz ereum vel aureũ aut ligneum. Nam quando dicimus rotunditatez absolutam: ⁊ diffinimus eam sc̃dm aliud nomen: non recipitur in diffinitione illa aurum aut es aut lignum. Si autem in rotunditate denominemus aliquã materiam vel eream vel ligneaz aggregamus eiuñ formam cum materia ⁊ consideram⁹ ipsaz sc̃dm esse particulare ⁊ sensibile ꝙ habet in materia: ⁊ hoc non consideratur quando dicitur orbiculatio sc̃dm se: quia ista potest esse in materijs multis non equiuoce: ꝙ non esset si aliqua natura concepta esset cum ipsa. Ex his omnib⁹ constat ꝙ orbiculatio ⁊ rotũditas nõ significant nisi formam: sed rotũdũ denominatiue dictũ significat formã in materia. Et tamen in his diuersitas est quantũ ad mathematica ⁊ diuina ⁊ naturalia, sicut diximus in secũdo phisicorũ: sed in omnibus est abstractio que est vniuersalis a particulari: ⁊ tunc vniuersale de particulari denominatiue non predicatur: hoc ꝙ dicimus de formis abstractiue concretiue ⁊ significatis propter similitudinẽ dictũ est vt sciamus qualiter res sc̃dm formam solam ⁊ sc̃dm esse ꝙ habet in materia diuersimode consideratur. Nos eniz loquimur hic de forma que est predicabile de suis inferioribus: hoc enim abstractũ ꝙ est forma etiam non predicatur de suis inferioribus: nisi inquantũ est aliquo modo totum ad ipsa inferiora: ⁊ scimus ꝙ forma que abstractiue significatur licet sit forma tamen non est totum: et ideo non predicatur: quia non possem dicere ꝙ albedo sit album: vel ꝙ humanitas sit homo. His igitur habitis in vniuersali quod est forma simplex secundum intellectum accepta per hoc quod est in multis ⁊ de multis inuenimus ꝙ ipsa est apta dici de multis vt in partibus suis: ⁊ est ipsa principium communitatis multorũ: particulare autem per materiam est proprium ⁊ solum: ⁊ per multas similes materias efficiuntur multa particularia supposita vni nature communi: sic ergo videtur ꝙ omne quod habet formã cum materia sc̃dm rationem sue forme multis posset cõuenire: ⁊ p diuisionẽ sue materie actu multiplicetur in plura indiuidua. Similiter igitur videtur ꝙ sit de mundo ꝙ ratiõe forme sit multiplicabilis: ⁊ rõne materie sit plurificat⁹: cũ cõstet mũdũ illũ eẽ cõpositũ ex materia ⁊ forma. Si ergo illud est sc̃dm hoc: tũc celũ videtur similiter sensibile: ⁊ ideo cõpositũ ex forma ⁊ materia ⁊ sic videtur pars vna esse partiũ mundi compositarum.

Omne enim sensibile ut diximus propriū incōmunicabile ⁊ sensibile est per materiam suam que est primū principiū indiuiduationis in ipso. Si ergo hoc est ſm hoc tūc inuenimus in toto celo ⁊ principiū cōmunitatis ⁊ principiū particularitatis: ⁊ quando dicimus celū sermone absoluto ⁊ abstracto: signantes celū prout abstrahim⁹ ipsuz ab hoc celo: intentio eius est alia quā quando dicimus hoc celum particulatuz: signantes ipsum per materiam sensibilem. Celuz ergo sermone absoluto ⁊ abstracto est forma sola vniuersalis: sed per sermonē nostruz cū dicimus hoc celum demonstrātes ipsum in materia sensibili: significamus formā cum materia particulataz ⁊ conceptam sc̄dm esse. Omne autem quod habet formā cōmunicabilem et figuram que terminatio est materie sensibilis: aut est multa ſm actum: aut potest esse multa sc̄dm potentiam que procedet aliquando in actum per moduz quē diximus: ergo multi celi esse possunt ⁊ multi mūdi: ⁊ ista deceptio sequitur necessario Platonē: qui ponit exemplaria apud creatorez mundi ad que direxit opus suū opifex: cuius exemplū composuit cū opere in condito mūdo: dicunt enī quidem homines Platonis musam imitantes ꝙ exemplar perpetuum mundi est apud creatorem ꝙ vocat munduz archetypum: eo ꝙ est huius mundi sensibilis principalis typus: ⁊ quod est exemplar non recedens ab ipso: ꝙ quidem Plato non dixit esse ydeā in mente diuina conceptā quoniā h̄ etiam dicimus nos: propter ꝙ dicimus domū ex domo ⁊ mundū a mundo: sed posuit ipsum habere veram rationem reruz creatarum: ⁊ dixit ipsum esse rerū formas separatas ad quas formātur ille que produnt in corporalem materiā: propter quod nominauit illa exemplaria formas. ⁊ illas que sunt in materia vocauit imagines eo ꝙ facte sunt ad imaginationē istarū q̄ manēt extra materiaz: ita ꝙ dixit hominē esse separatum ⁊ asinuz separatum ⁊ sic de alijs. Constat igitur ꝙ cū ad vnuz perpetuo manens apud opificem exemplare infinita formari possunt ꝙ mundus aut est multus aut potest esse multus. Si q̄s aūt nobis dixerit ꝙ non pertinet ista obiectio ad nos: eo ꝙ nos sumus defendentes opinionē de exemplaribus: dico ꝙ adhuc ex priori ratiōe videtur sequi ꝙ possibile est mundos esse multos vel etiam sint multi: eo ꝙ in perpetuis id est in actu ꝙ potuit esse in potentia: sicut diximus in .iij. phisicorū. Unde etiam si dicamus munduz non habere exemplaria: videtur recte sequi mundos esse multos. Uidemus enim ꝙ omne cuius forma est in materia ꝙ est hoc plurificabile: ⁊ sunt multe partes similes in materia ⁊ infinite per successionez. Ostensuz est igitur nunc per istam rationem vt videtur ꝙ aut sunt celi aut mūdi multi aut possibile est ut sint multi. Posset igitur aliquis deceptus ex his rationibus ⁊ antecedētibus dictis phicoruz accipere opinionem ꝙ mundi sunt multi vel ꝙ possibile est vt sint multi.

Capitulum. viij. de solutione dubitationuz dictaruz contra hoc ꝙ dictū est mundū esse vnū: ⁊ de causa propter ꝙ mundus est vnus.

Q Uoniam quidē igitur ad hanc intentionem vt sciamus an mundus sit vnus possium⁹ studium nostrum: necesse est nobis indagare de sententijs istis donec perueniamus per lumina veritatis ad hoc ut sciamus que sit recta ⁊ que nō sit recta. Soluentes igitur dicim⁹ ꝙ in obiectione prius inducta bene ⁊ vere dictum est ꝙ res vna que composita est ex materia ⁊ forma alterius est rationis quādo forma diffinitur vt abstracta ⁊ forma tantum: ⁊ alterius quando concipitur ⁊ diffinitur secunduz esse quod habet in materia particulante ipsam formam: istud est rectum: ⁊ nō est sermo aliquis contradicens illi. Cū enī obiectio inducta super tres fundetur propositiones: quarū vna est quod omne sensibile est compositum ex forma ⁊ materia: et altera ꝙ omne compositum ex materia ⁊ forma est alterius rationis in vniuersali forma: ⁊ alterius secundū esse cuz materia conceptum. Tertia ꝙ oē tale est multa. vel potest esse multa. Sunt enim due priores propositiones absq3 omni ambiguitate vere. iij. autem non semper est vera: sed aliquando falsa: propter materie dispositionem. Licet enim omnis forma communicabilis sit: tamen non communicatur nisi materie que est extra ipsam actu: sed potentia est sub ipsa. Si ergo totam materiam aptam sibi contineat sub se: ita quod nullam habeat aptitudinem ad ipsam aliqua pars materie existentis extra ipsam: tunc nunquā possibile est ipsam communicare actu pluribus: et propter hunc sermonem celorum natura non est multiplicabilis: nec etiam mundorum natura. Celuz enim et omne ingenerabile factum est ex tota sua hoc est conuenienti sibi materia: ⁊ nihil est de ipsa extra ipsam: mundus autē factus est ex tota materia simpliciter: ⁊ ideo non possunt fieri multi mundi: ⁊ nos quidem de hoc afferemus exemplum gratia doctrine. ut sit sermo noster facilior. Dico igitur ꝙ si simitas est concauitas nasi in carne: tunc simitatis proprium subiectum ⁊ materia est caro nasi: si ergo ex omnibus carnibus que sunt vel esse possunt formetur vnus nasus: ⁊ in isto sit simitas: tunc non erit nec poterit esse simitas nisi vna: ⁊ nunq̄ꝫ inuenitur simitas nisi in carne illius nasi tantuz: ⁊ tunc non inuenietur in aliquo alio membro corporis: eo ꝙ in ratione simitatis cadit nasus: quia simitas est nasi curuitas. Similiter si dicatur esse materiam hominis caro ⁊ ossa ⁊ nerui et alia similia: tunc si ponamus vnum hominem constitui ex omnibus carnib⁹ ⁊ ossibus que sunt vel esse possunt materia hominis oportebit tunc ꝙ sit vnus solus homo: ⁊ non alius omnino: quia impossibile est ut diminuantur ab illo homine carnes ⁊ ossa per decisionem aliquam ⁊ decidatur ab eo potentia caro: quia ex actu caro nō fit generatio hominis: ⁊ ideo nisi possit resolui caro de potentia ad actum non generabitur iste alius homo: ⁊ iste etiā vnus homo nunquā diminuetur nec resoluetur per corruptionem. eo ꝙ materia sua nec in toto nec in parte potest elabi extra formam que continet eam. Similiter autem est in omnibus alijs: quia nunquā multiplicatur forma per generationem: nisi hoc modo ꝙ multiplicatur per diuisionem materie: que est sub forma potentia: licet non sit sub ipsa secundū actuz. Uniuersaliter enim veruz est de omni substantia composita ex materia ⁊ forma ꝙ non est possibile ut aliam habeat similem in specie differentem: tamen in numero solo: quoniā nulla est materia potētia similis ex qua componitur indiuiduuz eiusdem speciei. Redeamus igitur ad propositum adaptantes inducta exempla dicentes ꝙ celum est vnum compositum ex materia ⁊ forma. Uocamus autem hoc celum vel celi materiam totam cuius est motus circularis: vel etiam totum munduz qui vno modo dicitur celuz vt inferius ostendemus. Redeamus igitur nunc ⁊ iteruz dicamus ꝙ celum est compositum ex tota materia sibi conueniente per potentiā receptibilitatis talis forme: ⁊ tota materia sua est terminata actu per formam: et non est possibilis ad formā aliam: sicut etiam ostendemus ⁊ partim superius tetigimus vbi diximus ꝙ est in materia ante corporeitatem indeterminatarū dimensionū. Si enim non compositum est hoc celum ex medietate sue materie: sed ex tota materia. tunc vnuz est: ⁊ non sunt celi multi. Dico autem ex medietate materie: q2 si ponatur alius mūdus: tunc oportet ꝙ iste non sit nisi ex medietate sue materie: quia equaliū in quātitate equalis

est materia: sicut ⁊ duobus indiuiduis eiusdē speciei vna qualitas debetur materie in specie. Sicut enim in ipsa indiuidua determinatas habent quantitates. ita etiā determinatas habēt quātitates materie ipsorū: ex hoc autē sequitur ꝙ mundi sint infiniti ⁊ ꝙ transmutentur ad inuicem: infiniti quidē quoniā infinitū diuisibilis est materia per assumptū equale: quanta enim est materia patris ex qua fit generatus: tantā proiecit in generatione filij que sumpta est ex superfluo sibi digestū: transmutantur autē ad inuicē: eo ꝙ in simplicibus generatio vnius est corruptio alterius: ⁊ econuerso: que omnia absurda sunt: ergo oportet ꝙ non ex medietate sue materie: sed ex toto fit compositus mūdus ⁊ similiter celū. Concedendū est ergo ꝙ quando celū vel mundus nominantur nomine absoluto ⁊ abstrahente ab hoc demonstrato: ꝙ tunc dicit formā ipsius vniuersalis que de se predicabilis de multis: cū autē noīat hoc celū demonstrata forma in materia ⁊ accidentibus ⁊ omnibus diuidentibus: tunc dicit formā habentem esse in hac materia: nec tamē propter hoc possibile est ut sint celi multi ⁊ mūdi: propter hoc ꝙ tota materia sub forma continetur: ⁊ de materia que est actu ut potest fieri propagatio in pluralitatem sicut diximus. Ex omnibus autem his que determinata sunt relinquitur ꝙ omnis pluralitas indiuiduorum eiusdē speciei est per diuisionē materie: ⁊ ideo cuius forma indiuisibilis est per materiā: illa non agitur per pluralitatē. Est aūt intellectus siue intelligētia ut diximus in premissis forma indiuisibilis p materiā: ⁊ ideo nō agit in pluralitate ⁊ propter hoc probabilior sententia est de intelligētijs: ꝙ quelibet ab illa differt fm speciē ⁊ non fm numerum solum: eadē autē de causa ⁊ stelle differunt ab inuicem specie sicut mihi videt: licet ex diuersis causis specie differant intelligentie ⁊ stelle ⁊ orbes: quia ex indiuisibilitate materie differunt intelligentie. Stelle autē ex hoc ꝙ cuiusque earum materia tota est intra: ⁊ hoc est verū siue intelligentie sint cōposite ex yle ⁊ forma: sicut dicit Auicebron: siue sint simplices: sicut videtur velle Aristo. etiā si sint simplices bene saluatur in eis potentia actiua ⁊ passiua: sicut in libro de anima: ⁊ in libro de intelligentijs domino concedente ostendemus. Cum enī omnis pluralitas reducat ad vnitatem ut ad principiū suū: sic enim necesse est ꝙ oīs multitudo indiuiduorum reducat ad vnitatē nature vnius in specie sub qua crescit illa pluralitas: nō autē potest exire ab vno pluralitas indiuiduorū nisi per actum: quo vna natura agitur in pluralitatē per decisionē ⁊ diuisionē materie: talis autē actus nō est nisi generationis: ⁊ ita sic fm Aristo. ⁊ omnes peripatheticos: ꝙ non fit multitudo indiuiduorum sub vna specie nisi per actū generationis: ⁊ hoc etiā Aristo. innuit quādo dicit ꝙ illa que sunt vnius materie quando sunt diuersa transmutantur ad inuicem: ⁊ ꝙ multitudo indiuiduorum causat ex diuisione materie: cū constet multitudine diuidentiū totum exire ab vnitate diuisi: hec ergo ē vera sententia peripatheticorum. Et si aliquis obijciat ⁊ dicat: ꝙ sicut multitudo indiuiduorum exit ab vnitate speciei: ita multitudo specierū siue differentiarum exit ab vnitate generis: ⁊ genus assimilatur materie. Cū igitur superiora ⁊ inferiora corpa ⁊ substātie spirituales cōmunicāt in vno genere generalissimo: videbitur ꝙ cōmunicant in materia vna: sed ad hoc nos iam in precedentibus diximus: quia nos bene concedimus omniū esse materiā vnam in genere. sed non simpliciter vnā scdm ꝙ ponimus intellectū esse ens in genere fm doctrinā Auicebron in libro de materia ⁊ forma: ⁊ fm doctrinā Auicēne in libro de causis. Si autē intellectū siue intelligentiā ponamus esse non in genere: tunc dicimus omniū corporaliū esse materiam vnā in genere: sicut determinatū est in primo libro phisicorū: ⁊ dicimus esse vera que ibi inducuntur. Dicit tamē Auerois ꝙ celū est forma tm ⁊ elementa contrariorum inferiora sunt materia eius: ⁊ si queratur ab eo qualiter celum sit intellectū ⁊ sensatū si ipsum est forma simplex. Respondet ꝙ intelligitur ex analogia sicut prima materia: sed illa intelligit per analogiā ad formā suā. Celū autē intelligitur per analogiam ad materiā suā que sunt inferiora: sed nos absurdū reputamus hoc: cum sentiamus illud absolute: ⁊ ideo dicimus ꝙ habet materiā significabilē per potentiā ad vbi: cum materia eorū que sunt generabilia determinet p potentiā ad vbi: ⁊ ad motū ⁊ formam: ⁊ h discussa sunt in antehabitis.

Capitulū nonū ꝙ extra mundū nec locus neque tēpus est.

Sequitur autē adhuc ut ostendamus esse celum per modū quo celū vno modo compositū est ex omni corpore sensibili: verūtamen antequam fiat hoc oportet inquirere quid est ꝙ significatur p nomen celi: ⁊ scdm quot modos dicatur nomen eius: ut ⁊ ex hoc fiat manifestius ꝙ querimus: si scire in qua sit significatione intendimus de ipso. Dicimus autē ꝙ celum aut accipitur p circūferētia spere: aut p spere concauo vsque ad centrū circa qd voluitur: centrū enim sicut diximus in viij. phisicorum aliquo modo est principium ⁊ finis spere. Si aūt accipitur pro circūferentia: aut accipit pro toto eo quod habet naturā circūferentie: fm ꝙ dicat celū id quod est superficierū circulariū ⁊ motus circularis: aut accipit p circūferentia suprema que est celū celorum claudens in se omnes celos. Dico enī ꝙ celum nominatur vno ⁊ primo principali modo corpus quod est vltimū quoad nos motus totius vniuersi: hoc est corpus naturale ꝙ est in vltimo motus vniuersi: ⁊ hoc est celū supremū: ꝙ in se quidē est primū mobile quoad nos aūt est vltimū. Et hec confirmantur ex cōsuetudine q̄ est in cōmuni sermone: quia consueuimus nominare celū id quod est summus orizon mundi ⁊ eius superius: ⁊ cū illud sit altissimū ⁊ nobilissimū: dicimus illic habitare omnia spūalia fixa ⁊ quieta: eo ꝙ oēs intelligentie que sunt motores orbiū sunt imobiles ⁊ fixe per esse perpetuū: sicut sepius diximus in. viij. phisicorum. Et nominamus celū fm modū aliū corpus totū ꝙ cōtinuū est per modum quo contiguū continuū dicitur cū eo ꝙ est supremus orizon mundi totius: ⁊ hoc corpus totum est ꝙ dicimus quintā essentiā a cōnexo ignis superius in quo infixa sunt sol ⁊ luna ⁊ cetere stelle: ⁊ hoc iterū confirmat cōmuni sermone quo dicere consueuimus solem ⁊ lunā ⁊ stellas esse in celo. Tertio autē modo iterum nominamus celum: totum id quod habet corpus contentū ab vltimo mobili cuius est motus vniuersi totius hoc est a primo mobili vsque ad centrū: ⁊ hoc fm consuetudinē sermonis quo a parte digniori nominamus totū: hoc enim modo nominamus ꝙ celum est id quod est completū ⁊ totū cui impossibile est fieri aliquā additionem omnino. Non enim hoc modo potest accipi celum nisi pro mundo toto: quia impossibile est aliquid addi mundo: cum sit ex materia tota: ut diximus. Manifestū est igitur ꝙ celum dicitur scdm tres modos dictos in his significationibus celum dictum tertio modo: qd videlicet est totū qd cōtinetur ab vltimo vniuersi motus qd est primum motū vsque ad centrū quod est compositū ex omni corpore naturali finito necessario: siue sit motū necessariū ad centrū: siue a centro siue circa centrū: ⁊ extra hoc centrū neque est corpus nec possibile ē ut sit extra ipsum corpus oīo. In hac igitur tertia significatione volumus inquirere vtrū hoc sit verum quod diximus: ꝙ scilicet extra celū non sit nec possit esse corpus aliqd. Dicamus ꝙ si dicat extra celū esse corpus aliqd aut h est ex corporibus simplicibus aut ex corporibus cōpositis: ⁊ quocumque modo esse dicat si est illic: tūc aut erit illic sicut in loco naturali. aut sicut in loco violēto ⁊ accidētali: qd aūt extra celū nō sit aliqd corporum simpliciū oīno sic pbat. Ondimus enim superius ꝙ nō est possibile ut corpus spericū pmutet locū suū: qz nō est in loco eēntialiter: ⁊ sicut īpossibile ē pmutatio sui scdm sic ipossibile est pmutatio sui sit: eo ꝙ ipsum

non potest mutari violenter: quia violentia non cadit in ipsum. ⁊ extra suũ situm nõ posset esse nisi violenter. Similiter autem non est possibile ut sit extra celum corp⁹ simplex recti motus: siue sit leue ꝙ ascendit: siue graue quod descendit ad mediũ. Si enim aliquod illorũ corpoꝝ esset illic: non posset ibi esse sicut in loco naturali: quoniã probatũ est superius ꝙ loca horũ corporũ simpliciũ sunt alia a locis que dicantur esse extra mundũ: ⁊ sunt cognita ad sensum ⁊ manifesta per rationes superius inductas. Si autez dicetur ꝙ corpora simplicia essent illic sicut in locis accidentalibus. tunc scd̃m superius inducta essent ibi corpora alia naturaliter. Multotiens enim iam diximꝰ ꝙ omnis locus existens quibusdaz corporibꝰ simplicibus accidentalis aliis corporibꝰ est naturalis necessario ⁊ econuerso: cũ igitur per rationẽ probetur ꝙ nõ est aliquod corpus simplex preter ista corpora que sunt elementa huius mundi: que quidẽ relata ad motuz localem sunt tria: que sunt corpus circulare: ⁊ id quod mouetur a medio: impossibile est extra mundũ corpus esse aliquod simplex. Si autem simplex impossibile est ibi esse: tunc impossibile etiaz est ꝙ sit ibi corpus compositũ: vbi enim est compositũ nõ sit nisi ex simplicibus ⁊ resoluatur in simplicia. Sic ergo probatũ est ꝙ non est illic corpus aliquod. Amplius autez dicamus illic non posse esse corpus aliquod: ⁊ faciamꝰ eandẽ diuisionem quã supra fecimus. Si enim esset possibile ibi esse: tunc possibile esset ibi esse aut simplex aut cõpositum: ⁊ siue sit siue illo modo dicatur ibi esse corpꝰ possibile: tunc aut possibile esset ibi esse naturaliter aut accidẽtaliter: ⁊ quodcũq3 horũ detur: tunc ratio nostra erit ad ꝓbandũ ꝙ non est ibi possibile esse corpus: sicut fuit nup ad probandũ ꝙ non sit ibi corpus aliquod. Ratio enim ab vtroq3 istoꝝ est vna. ꝙ videlicet non sit ibi corpus: et ꝙ non sit possibile ibi esse corpus omnino: nec aliqua magnitudinẽ corporaliũ: ⁊ hoc precipue ex illa ratione manifestum est quã induximus: ꝙ videlicet mundus cõpositus est ex materia sua tota que apta est cõueniens sibi. Nuper enim diximus ꝙ materia mundi est pars eius que sunt corpora sensibilia naturalia: ⁊ illa omnia sunt in mundo isto: sicut in locis naturalibus ⁊ non alibi. Si ergo hoc ẽ sicut diximus: tunc iam manifestũ factum est ⁊ planũ ꝙ celi non sunt multi neq3 mundi neq3 fuerunt in preterito multi: neq3 erũt multi in futuro. Celuz enim hoc modo dictũ vnicũ ⁊ perfectũ ⁊ completũ cui nõ est nec potest esse simile aliqđ omnino. Amplius autẽ extra celuz non potest esse locus neq3 plenus neq3 vacuus neq3 tẽpus. Qđ enim non possit ibi esse locus manifestũ est: quia locus si sit plenus tunc continet aliqđ corpus siue simplex siue compositũ. Nos autem ostendimus ꝙ extra celũ nullum est corpus. Si autem dicatur esse locus vacuus: tũc scd̃m ꝙ dicunt esse vacuũ: vacuus est locus in quo possibile est esse corpus: ⁊ nos iam ostendimus ꝙ extra celum non potest esse corpus. Quod autẽ ibi non possit esse tẽpus: declaratur per hoc ꝙ tempus est numerus motus: ⁊ motus non est nisi corporis: ergo vbi non est corpus nõ est motus neq3 tẽpus: sed extra munduz non est corpus vt probatuz est: ergo extra mundum non est motus neq3 tempus.

Capitulũ decimũ de perpetuitate vite eorũ que sunt in exteriori connexo.

Um aũt iam declarauerimus extra celum neq3 locum esse neq3 tẽpus neq3 vacuũ: necessario sequitur ꝙ id quod est in exteriori celi: hoc est in vltimo celo ex parte sui connexi nõ sit in loco: quoniã nec hoc celũ essentialiter est in loco nisi essentialẽ motum habeat: qui est scd̃m locũ motus: vt diximus in phicis: ꝙ cum non sit in loco id quod est illic: tunc etiã nõ est in tempore: quia in tempore est quod a tempore continetur: ⁊ hoc est ꝙ tẽpus quadã parte mensuratur. Omne enim ꝙ est in tempore excelitur a tẽpore scd̃m principiũ ⁊ finem: cũ esse in tempore nihil aliud sit nisi quadam parte temporis mensurari. Siue illud igitur sit causa prima siue sit connexũ celi supremum: tempus non potest facere ipsum vetus: quia nihil est ibi quod est in exteriori vltimi motus vniuersi quod alteretur neq3 mutetur per se vel per accidens omnino: sed est fixum scd̃m suũ esse: ⁊ nõ mutatur omnino: eo ꝙ nullam recipit passionez que sibi valeat imprimi ab aliquo agente. Diximus autem in fine. viij. phisicoꝝ primũ motorem esse in illo connexo illius spere exterioris. ⁊ motũ quem dat primo mobili esse quasi vitam omnibus existentibus scd̃m naturam: ꝙꝙ3 etiam dicat Aristo. peripateticoꝝ princeps: ⁊ insecutores eius Auerois: ⁊ rabi Moyses: ⁊ multi alij peripateticoꝝ: ꝙ etiam spera illa viuit: ⁊ ꝙ vita eius est actus intelligentie per ipsam speram: ⁊ ꝙ vita illa tota est intellectualis: vita ergo scd̃m istos que est illic: non temporaliter est ibi succedens: sed potius simul fixa ⁊ stans: quemadmodum diximus de rebus que sunt euiterne: ergo est sempiterna in secula seculoꝝ. Siue enim seculũ est duratio siue esse cum toto tempore: ita ꝙ tempus non excellit ipsum: licet excellat ipsuz eternitas: ⁊ quia tempus causatur a motu eius. tunc seculũ sui motus est totũ tempus durans cui cõmensuratur motus: quoniã cum tempꝰ nõ excellit: ⁊ ideo non proprie motus ille dicitur in tempore esse: sicut causa temporis non est in tempore: sed sub illo seculo sunt spacia coꝝ que sunt in tẽpore: ⁊ illa spacia sunt secula rerũ exortarũ in tempore: propter quod seculuz primi mobilis ẽ seculũ secula continens ⁊ causa seculorum. Uita enim sua nec finitur nec deficit nec proficit per momenta: sed stat simul ⁊ quoad hoc laudandus est populus ⁊ ceteri primi phoꝝ in diffinitione sempiterni quã dederunt. Dixerunt enim cõmunẽ sermonez ⁊ vniuersalem ⁊ sufficientez ⁊ conuertibilem cum ipso quando dixerũt ꝙ sempiternitas est vltimuz quoad nos. licet sit primũ simpliciter: ⁊ orizon continens tempus vniuscuiusq3 reruz: post quod ⁊ ante cuius posteriora non est tempus aliud naturale: ⁊ dixerunt ꝙ ista sempiternitas est eternitas rei illius que est in exteriori celi ⁊ durabilitas eius. Cũ enim dixerunt ꝙ est vltimum et finis: voluerunt intelligere durationẽ vltimã ad quod sicut ad finem esse omniũ naturaliũ est relatuz: per hoc autem ꝙ dixerunt ipsum esse orizontem: ⁊ intellexerunt quod est supremũ esse durans cõtinens omne esse quod est sub ipso. quia inferiorũ tẽpus ⁊ duratio sunt ab ipso ⁊ excellitur ab ipso quod vocauerũt quando dixerunt ꝙ post ipsum in futuro ⁊ ante eius posteriora in preterito: quia preterita iam post nos sunt: eo ꝙ nos ea non exspectamus: ante nos nulluz tempus est naturale: quia cũ omnis res naturalis constituatur a primo motore ⁊ mobile primo: ⁊ motu ipsoꝝ: oportet ꝙ nihil naturaliuz sit ante ipsum vel post ipsum: sed sub ipso omnia naturalia contineantur. Hec ergo duratio sic accepta eternitas est motoris ⁊ mobilis ⁊ motus ipsoꝝ: quia eternitatem antiqui vocabant quemcũq3 durationẽ: non excelsam a tẽpore: siue stet simul siue sit successiua: sicut primus sibi succedit: ⁊ vix aliquis eorum aliter inuenitur locutus fuisse de eternitate. Scd̃m hunc igit̃ modũ dicimꝰ ꝙ vltimũ celum orizontis supremi ⁊ vltimũ connexum eius ꝙ continet ⁊ includit in se totum tempus sempiternũ dicitur: scd̃m antiquos eternitas celi: eo ꝙ in tẽpore nec principiũ habet nec finem: ⁊ ex hoc non sequitur ꝙ celum ⁊ motus sit simpliciter eternũ: sed quodãmodo scd̃m tempus: sicut ostendimus in. viij. phisicorũ. Hoc autem nomen eternitas nec motus eius diuinauerunt antiqui ex ipso suo opere. Cum enim dicatur eternitas esse durans ⁊ duret tam celum ꝙ3 motus in toto tempore absq3 eo ꝙ excellatur a tempore. hoc opus ⁊ esse attenderũt quãdo vocauerũt ipsuz eternũ dicto modo eternitas: quia id quod est sempiternuz est semper durans cũ tẽpore: opus autẽ a quo deriuatur nomen in quibusdam rebus est manife-

sium ⁊ plane potest ostendi sicut in his quorum operatio est manifesta sicut est duratio celi ⁊ motus eius: in quibusdam autem rebus est operatio occulta ⁊ parua ostensione se manifestat: ⁊ rerum illarū nomen non multum manifestat esse ⁊ opinionem ipsaꝝ: iam autem diximus in libro de natura deorū: quē vocamus philosophiam extraneam eo q extraneis rōnib⁹ ꝑ similia vulgaria probat solū probabiliter ⁊ vulgariter: sicut ⁊ ipsam phicam edidim⁹ cōmunicari ppli: ⁊ declaramus ibi q necessariū est ut spiritualis res sicut substantie diuine ⁊ corpora spiritualia superiora non mutentur ſm tempus oīno neqꝫ corrumpātur in suū esse ⁊ in sua substantia: ⁊ ibidem illius rationē diximus esse: quia talis substantia est causa omnis cause rerū naturaliū particulariū ex causis talib⁹ non est aliquā post ipsam: quia si permutarentur huiusmodi substātie prime oporteret q alie substātie priores eis essent que mutarent eas: sicut diximus in principio. viij. phicoꝝ. Scdm ergo hunc modū quē diximus ipse tales substātie sunt immutabiles ⁊ inalterabiles oīno: sed sunt pfecte semp cōplete ⁊ ad permanendū in sempiternū. Non enī est super eam aliqua alia causa causans eam ⁊ mutans ſm naturam: et si daretur causa alia prior pmo celo ⁊ motore ei⁹: tunc oporteret cōcedere q illa esset completissima postq̄ ascendēdo non esset aliqua melior in ordine substantiarū celestium: quia necesse est q aliquando sit status cum numerus et ordo substantiarum celestium non procedat in infinitum Amplius autē diximus rem illam primā nullā recipere occasionē mutationis per accidens vel per se: ⁊ ideo nō recipit finem alicuius mutationis que sit forma aliqua aliter disponens ipsam: neqꝫ recipit finē mot⁹ eius. Mot⁹ enim eius ſm naturā est sempiternus: quia nūq̄ discontinuatur vel abscidiur: ⁊ ideo meret dignissime ut detur ei motus diuinus qui hodiernus ab antiquis dicebatur Res enī omnes nō sunt mobiles nisi per naturā qū sunt extra loca sua: ⁊ cum peruenerint ad loca sua tunc quiescūt Corporis autem nobilissimi ⁊ supremi motus nunq̄ quiescit: quoniā extra locū suū nūq̄ ē ut perueniat ad ipsuꝫ ⁊ locus eius est rotundus vn⁹ ⁊. r. cuiuscūqꝫ puncti orientis in ipso loca sunt infinita: ⁊ voco locum situ: ⁊ quia sic⁹ omniū partiū motarū sunt infiniti ſm potentiā ipsū sine finito est in tota temporis duratione. Locus enī inceptionis mot⁹ eius est idem subiecto cū loco finis eius: ⁊ ideo vnam ⁊ eandē rationē habet semper mouendi: ⁊ ideo motus eius factus est sempiternus qui nūq̄ in tēpore finitur: sicut enī in. viij. dictū est finis eius est extra ipsum et ille est centrū quodāmodo et finis ⁊ principium circuli. Ad hoc autē qđ mouetur circa ipsum ⁊ cū equaliter semp sit circa ipsuꝫ semper equaliter mouetur: ita quidē q celuꝫ semper equaliter aptū moueri ⁊ motor semp mouēs: ⁊ nō ita q per seipsum corpus celi moueatur.

¶ Tractatus quartus primi libri de celo ⁊ mundo an celum sit generatū. Caplm pmū que tractatus intentio est ⁊ quis dicendoꝝ modus: ⁊ qd dixerūt circa h antiqui.

Um autē oīa que prehabita sunt de perfectione ⁊ vnitate mundi ostēsa sint discrete ⁊ determinate: est mee voluntatis nunc inquirere de celo ⁊ mūdo increato: vtrū sit factuꝫ per generationē phicam: an nō sit factuꝫ per generationē: ⁊ an sit corruptibile corruptione. Hoc enī licet sit tactū in superioribus: in diget tamē adhuc inquisitōne subtiliori: verū tamē anteq̄ nos de istis duabus questionibus dicam⁹ sententiā veritatis: incipiētes ſm nostraꝫ cōsuetudinē de eis prius dicere sermones antiquoꝝ philosophoꝝ naturaliū: eo q ratio eoꝝ qui diuersa dixerunt a nobis erit nobis via inquisitionis in omnib⁹ diuersitatibus eoꝝ quibus declinant a nobis: ⁊ ad se inuicem ⁊ via hec erit ex cōtradictionib⁹ bene cōsiderantis. Hoc enī modo procedendo erit sermo noster apud omnē hominē qui bone cōsiderationis est acceptabilior: quādo discernerit inter nostra dicta ⁊ eoꝝ dicta qui cōtradicūt nobis: ⁊ cū perseuerint nostras rationes esse euidentes dicta eorum: erit tūc nostra determinatio visa magis necessaria in intellectib⁹ audientiū: ⁊ precipue cū primo audierint debiles rationes antiquoꝝ q diuersificant a nobis: q: tunc auditis nostris fortib⁹ rōnibus: facile acquiescent nobis. Est enī de ꝑ se manifestū q oēs sumus: q: cū diximus sententiā nostram de aliqua re: q videlicet oporteat ipsam esse ſm hūc modū vel illū: ⁊ tacuerim⁹ sententiā alioꝝ ⁊ responsionē qua respōdent opinionib⁹ eoꝝ qui sunt diuersificantes ab eis: ⁊ tacuerimus etiā sermones determinationū eoꝝ in re illa de qua cōtrariant: tunc debili⁹ ⁊ tardius suscipit sermo noster: ⁊ ratio nostra apud audiētes cōclusiōes vnius dictū ad dictū alterius discernūt tam in ꝑpositiones sillogismoꝝ q̄ inter principia ex quibus cōfirmantur ꝑpositiones sillogistice: eo q hesitat intellectus taliū. Ad huc vtrū dictum nostrū vel aduersarij nostri sit melius et credibili⁹. Sed q: nostra disputatio doctrinalis est ⁊ nō litigiosa: oportet oēm hominē qui nobiscū cōfert dicta sua obseruare: ne ꝑpter inimicitiā vel amicitiā cōdisputantis secū aliquid impugnet vel recipiat: falsitan seni amicus ⁊ veritatis amic⁹ dicetur ⁊ non hominis secū disputātis ⁊ ideo necesse est ut participet sic secū ⁊ cōiūcet in disputatione vna: q cōcedat oīa que cōcederet sibiipsi de rationabilibus ⁊ veris ſm intellectū: aduertens illud qđ in topicis dicit Aristo. de inquirētibus veritatē: q prauus soci⁹ est qui impedit cōmune opus. Hoc autē pmittimus hic in ꝑtractatione questionis istius: ideo qm̄ in eo sunt multe diuersitates: ⁊ est q̄stio desiderata sciri ab omnibus: ⁊ ideo maximi nocumēti est in ea impedire eū qui diligentiā ponit in inquisitione veritatis de ipsa. Nō enī solū phi diuersificant in determinatione ipsi⁹: sed etiā religiones legū plurimā in ea auferūt cōtentionē. Dicamus igit incipientes q antiqui phi loquētes de factura mūdi quotquot ꝑcesserunt sectā peripatheticoꝝ cōuenerūt in hoc q celum ⁊ mūdus essent inchoata per phicā generationē: sed tamē in modo illius generationis differebant quidā inter se phica triplici diuersitate. Fuerūt enī quidā inter eos qui ⁊ ꝑcipui deputati sunt apud Stoicoꝝ peritiā: qui dixerūt q mūdus quidē per generationē que fit ex materia incepit. sed durabit in sempiternū: ⁊ ideo in tota tēporis duratione nō habebit pn̄cipiū materiale aliqđ ad qđ resoluatur quēadmodū res corruptibiles resoluūtur: propter qđ etiā in toto tempore nūq̄ habebit finē: ⁊ huius quidē finis auctor fuit Plato apud antiquos stoicos: ⁊ ꝑ ostea parū ante nostra hec tēpora renouauit eā moyses egypti⁹ populus iudeoꝝ: vterqꝫ enī hoꝝ dicebat opificē mundi ex materia quasi ex matre mūdū ꝑduxisse cū tēpore: ⁊ partes quidē mūdi superiores que sunt mouentes ⁊ causantes inferiora elementa: ⁊ elemēta priores esse mūdo natura ⁊ non tēpore: orbes enī ⁊ stellas sic ſm istos fecit opifex q omniū inferioꝝ sementē quā opifex quidā fecit eis tradidit exequēda: sicut in thymeo Platonis cōtinetur. licet tpe cum inferiorib⁹ sint ꝑducta. Fuerūt autē alij qui dixerunt q celū ⁊ mūdus totus inceperūt per generationeꝫ: ⁊ q ambo finiūt in tēpore nec vnq̄ reiterabitur idem mundus: quia sicut ꝑ intellectū agentē in tēpore infinito q consequit mixturā omniū candē subiectū ꝑpriū mund⁹ iste exiuit per generationē: ita etiā reducitur in idē mixtuꝫ ꝑ intellectū eundem: ⁊ ideo cadit sub corruptione sicut reliq corpora que esse per generationē acceperūt. Hec autē opinio anaxa. fuit qui dixit tēpus esse infinitū: eo q tempus sequit duos primū ⁊ nō motū celi: ⁊ dixit in tempore infinito multos mūdos generari ⁊ multos corrūpi: quorū nullus est idē cum alio: ⁊ de hac opinione multa dicta sūt in primo phicoꝝ. Alij autē qui tertiā viaꝫ inuenerunt fuerūt q dixerunt q mūd⁹ iste sepe generat ⁊ sepe corrūpit ⁊ illi diuersificati sunt ſm duas vias: quidā enī dicūt q generatur idē in magno āno q deoꝝ sacramēto cōfirmat⁹ est

⁊ hec fuit sententia Empedoclis: ⁊ vocat magnū annuz spaciū tēporis quo superiores orbes ⁊ stelle revertuntur oēs simul ad principiū pmū sui motus: ꝙ non accidit ad minus sm ptolomeū nisi in .xxxvi. milibus annis: ⁊ dicit hunc annū confirmatū esse regirando: sive sacramentor deor quia deos vocat orbes ⁊ stellas: ⁊ illi necessitate mot⁹ sunt obligati ad redeundū in idem punctū vnde inceperūt sicut si cōfirmassent illud in iureiurādo. Iste aūt Empedocles italicus fuit de ciuitate que vocata est fragur ambice: ppter qꝺ fragicensem eū vocant: ⁊ in rei veritate fuit syculus. Eraclitus aūt effesius dicebat ꝙ celum ⁊ mūdus generantur ⁊ corrūpuntur cōtinue de dispositione in dispositione sine fine: eo ꝙ oē qꝺ est dicebat ꝯtinue subiacere alterationi: ⁊ alterationez dixit esse generationez. Licet aūt sciam eraclitū fuisse grecū natū de epheso: quidā tamen saracenor dicunt eū fuisse sasanensē. ⁊ quidaz de ciuitate kan stos: cuius causa esse puto: qꝛ sarraceni nomina phor ⁊ ciuitatū frequēter hīt corrupta. Hac igitur triplici diuersitate diuersificātur phi. Religiones que ab initio fuerūt vsqꝫ modo q̄drupliciē partiūē. Dixerūt eni zabii ꝙ mundus nec per generationē nec per corruptōez finieē. Stoici aūt ꝙ quidē p generationē incepit: sed per corruptionē nō finieē in hꝰ sequētes platonē. Pictagorici aūt in legibus pictagore tradiderūt mūdū ⁊ per generationē incepisse: ⁊ p corruptionē desiturū: cū quibus cōuenit tam empe. ꝗ anaxa. ⁊ eraclitus: licet diuersis modis hꝰ dicāt: sicut patet ex premissis. Sūt aūt quidā sarracenor irrationabilissime dicētes ⁊ quartā legem inducentes: quod videlicet per generationē nūqꝫ incepit sed tn̄ p corruptionē desiturus sit: cū nulla aūt istaru legum conuenit lex moysi qui prophetice nō phice docuit mundū nō per generationē sed per creationē incepisse: ⁊ per volūtatē dei iudicis desiturū: nō quidē sicut nullo modo sit ꝫ sicut in alio statu sit: in quo tam boni ꝗ mali iuxtā operis sui consequentur retributionem.

Capitulū secundum de contradictione dicti ⁊ ratione Platonis ⁊ Stoicorum.

Q [uoniā] aūt iam exposuimus sūmatim opiniones que sunt de inceptione mundi: oportunū est inducere rationes ꝯtra eas. Et primo cōtra opinionē platonis ⁊ legē stoicor. Dicim⁹ igiē impossibile esse oīno sermonē stoicor: cōfitentiū quidem celū eē mūdū magnū: quēadmodū ⁊ nos supra in tertia celi significatione ostendim⁹: ⁊ dicentiū cū hꝰ ꝙ hꝰ celuz p generationē incepit ex materia ⁊ priuationez factum ⁊ nūqꝫ esse desiturū per corruptionē nec fine habiturū: eo ꝙ non habeat materiale pncipiū in qꝺ possit p corruptionē resolui. Nos eni nullū modū alicuius rei naturalis ꝯfitemur esse verū vniuersaliter: neqꝫ verificam⁹ eū nisi quādo per inductionē aut in omnib⁹ aut in pluribus cor pbare possem⁹ eundē ꝯfertum: cū res naturales sensibiles sint: ⁊ sensibili cognitione inductionis potissime probētur. Modus aūt quē isti dicunt de celo ⁊ mundo ꝙ videlicet p generationē phicaz inceperint ⁊ per corruptionem nequaqꝫ sint desitura: nūqꝫ vidim⁹ in aliqua re q̄ inceperit: quin potius diuersum istius videmus in oībus: qꝛ oē quod per generationē incepit videm⁹ corrumpi tēpore determinato: sicut infra ostēdem⁹ in hoc eodē tractatu libri istı⁹. Absurdū igitur est istū modū enunciare de celo ⁊ mūdo. Amplius aūt dicim⁹ ꝙ oīs res in qua nō est potētia siue virtus ut alteretur a qualitatibus actiuis ⁊ passiuis nullaz habet causam sue alterationis: cū oīs alteratio fiat a qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis: sicut ostendimus in .vii. phicorū. Et similiter est ecōuerso ꝙ res que alteraē vel alterata est aliquādo a qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis habet virtutē ⁊ potentiā adhuc ꝙ altereē: ⁊ sue alterationis causa est in re ipsa: sicut videmus in oīb⁹ elemētis ⁊ elemētatis q̄ alterantē ad inuicē. Si igitur mūdus iste magn⁹ ut aiūt platonici p generationē cōponiē ex rebus quarū dispositiones fuerūt primo sm aliā dispositionē siue sm aliam formā q̄ꝫ sit forma mūdi: cū nō sit possibile ꝙ amittant tales formas p quaesiū alteratio cor que alteranē: tūc procul dubio postqꝫ acceperūt formā aliquā p alterationē sunt alterabiles. Videm⁹ enim ꝙ id quod nō est calidū ⁊ per alterationē factū est calidū: adhuc p alterationē etiā mutabile est a calido in aliā quācūqꝫ dispositionem que pōt esse terminus alterationis. Cū igiē ita sit si mund⁹ incepit per generationē: res ex quib⁹ cōponi bilis erat mūd⁹ aut erāt alterabiles a suis dispositionibus quas habebāt anteqꝫ cōstituerēt mūdū aut nō. Si erāt alterabiles tunc adhuc sunt alterabiles. ⁊ sicut p alterationē cor venerunt ad mūdi cōstitutionē siue generationē. sic etiā p alterationē possunt venire ad mundi corruptionē: ⁊ tunc mūdus ē corruptibilis. Si aūt nō erant alterabiles: tunc nūqꝫ potuerant venire ad hoc ut cōstituerent mundū: quia nulla generatio phica esse pōt nisi p alterationē. Cū igitur alterētur sm platonicos in cōstitutione mundi: tunc alterabuntur etiā post mundū constitutū: ⁊ si celū ⁊ alia simplicia sic sunt alterabilia ⁊ passibilia: cū omnis passio facta abiciat a sba: oportebit dicere ꝙ tā celū ꝗ alia simplicia ⁊ mūdus ipse possint resolui ⁊ separi sic cōsumi p corruptionez: ita ꝙ amittāt formā mūdi. Et eadē necessitate cū post corruptionē factā a forma mūdi: adhuc maneant alterabilia ⁊ mutabilia: oportet ꝙ postqꝫ resoluta sunt a forma mūdi: iterū altereē aliqñ ad cōpositionē forme mūdane. ⁊ ab illa iterū corrūpanē per alterationē: ⁊ sic fiat successio ⁊ generationis ⁊ corruptōis mūdi in infinitū. quēadmodū dixerūt empe. ⁊ eracli. Si ergo hoc est sm modū huiuc. tunc mundus qui incepit p generationē cadit etiā sub corruptione. ⁊ nō est verū qꝺ dixerunt antiqui platonici ꝙ sit pter corruptionē ⁊ finē in tēpore. Sicut autē īprobamus dictuz istor: sic ꝯueniens est ut elidam⁹ rōnem dicti quā induxerunt. Nō enim quā induxerūt, quādo intendebant ostendere et imaginari ꝙ mundus per generationem incepit: ⁊ tamē nihil habuit precedens se sm naturā ⁊ tēpus: falsa est oīno ⁊ ꝯtradicet ei per demonstrationē verā: nō habentē instantiā in naturis. Dixerūt eni ꝙ facerent simile aliqd opificib⁹ mensurandi q geometri vocanē: licet enim illi sciant ꝙ abstracta a motu ⁊ materia sensibili perpetua sint: tamē quādo docent cōpositiones figurarū: dicūt pus esse lineas ⁊ superficies ipsis figuris que cōponūtur ex lineis ⁊ superficiebus: ⁊ pus esse ꝯtrahendas lineas illas vel alias: nō qꝛ intendant elementa figurarū tēpore precedere figuras ⁊ p motū deuenire ad figurarū cōpositionē. Sed vt doctrina cor sit facilior discentib⁹. Similiter inquiūt faciam⁹ nos quādo dicim⁹ mūdū cōponi pri⁹ ex superiorib⁹ habentib⁹ sementē generabiliū: ⁊ postea pduci ipsa generabilia. ⁊ ex vtrisqꝫ his cōponi mūdū. dicimus hoc oībus his qui q̄ nostra sunt cōsentiē ꝙ videlicet mūdus sit factus. nō intēdentes ostēdere ꝙ sm tēporis prioritatē opifex pduxerit stellas ex materia ⁊ postea post tēpus sementē nature factū a se indiderit eis: ⁊ postea fecerit inferiora in quib⁹ sementis illa seminareē: ⁊ tādem ex his cōpositus sit mundus: sed intentio nostra est inquiūt facilē facere doctrinam de mundi generatione: ut sciaē ꝙ mundus est fact⁹ simul in oibus suis partib⁹ ex materia prima: ⁊ ꝙ supiora nō pcedūt inferiora tēpore: sed ordine nature ⁊ ideo hūc ordinē significātes: dicimus ꝙ mūdus pmo cōponiē ex hac re: postea ex illa p oia sicut facimus in figurarū cōpositione. Redeam⁹ ergo per syllogismū sup eos cōtradicendo ipsis dicendo ꝙ exēplū ⁊ simile de figuris quod induxerūt nō est cōueniēs ad declarādā mundi generationē esse p modū quē dixerūt: ⁊ est dissimilitudo in trib⁹. ⁊ patet quidē ꝙ in arte figurarū ⁊ cōpositione ipsarū nō est figura vnqꝫ cōpleta nisi cū omnibus lineis ⁊ superficiebus ex quib⁹ cōponiē: nec inueniē vnqꝫ aliquo tēpore figura diminuta ab aliqua linearū vel superficierum ex quibus cōponiē. Secus aūt est in eo quod fit per generationē. illud eni inueniē diminutū ⁊ sm qꝺ ens in partibus suis in quib⁹ est in potentia anteqꝫ accipiat cōple-

mētum vltimum: ꝛ ista precessio ē scđm tempus in
omnibus generatis. Secundum autem est in quo
est dissimilitudo: quia quando figura fit ex lineis ꝛ su
perficiebus non fit hoc ita ꝙ linee ꝛ superficies alte-
rentur ꝛ per alterationem accipiant formam figure.
bro de motibus animaliũ est probatũ: nullũ corpus mo-
uetur circulariter nisi moueatur super aliqd corpus stans
quietũ: qd si moueretur non posset moueri circulus in lo-
co vno permanens. Virtus enĩ imobilis hec ad minus
addit sup virtutẽ circuli moti. Nulla enim partiũ corpo
ris rotundi circulariter moti permanet stans fixa ⁊ immo-
ta: poli enim qui videntur stare: sicut diximus superius
in loco suo mouentur: licet non transeũt de loco ad locum:
vel de situ ad situ. Similiter autẽ manifestũ est: quia cor-
pus circulariter motũ non est de natura eius corporis ꝙ
figitur in medio sui: eo ꝙ nulla pars circulariter moti de-
scendit ad centrũ ꝙ absq3 dubio faceret si esset de natura
grauis quod figitur in centro contra quod mouetur circu
lus. Si enim aliqua pars ipsius moueretur ad mediũ: cũ
tũ idem sit motus totius ⁊ partis in omni corpore simpli
ci: tunc oporteret ꝙ toti corpori celesti naturalis esset mo-
tus ꝙ est ad mediũ. Nos autẽ iam demonstrauimus in
phicis ꝙ corpus celeste totũ mouetur motu circulari na
turaliter: quia si diceretur contrariũ illius: ꝙ scilicet circu-
laris motus esset ei accidentalis: nõ posset circularis mo-
tus esse sempiternus: eo ꝙ nihil eoꝝ que sunt accidenta-
lia ⁊ extra naturã possit esse sempiternũ: sicut superius in
primo libro demonstrauimus. Res enĩ accidentalis que
est violenta ⁊ cõmuniter accidens ⁊ non accidens ꝑpriũ
est post naturale: quia non accidit alicui tale accidens nisi
per recessionem quandã a natura ⁊ virtutibus naturali-
bus. Reuertamur ergo ad propositũ dicentes ꝙ si est ne
cessariũ oẽ qd mouetur motu circulariter vt moueatur su-
per rem stantẽ ⁊ quietã: tunc oportet aliquod corpꝰ quie
tum ⁊ firmũ esse in centro: ⁊ hoc procul dubio nõ est nisi ter-
ra sicut per sensũ probatur: quia terrã videmus in me-
dio quiescere: hic igitur supponatur hoc: in futuro enim in
sequentibus istius scientie demonstrationẽ adducemus
de natura terre ⁊ de natura reliquoꝝ elementoꝝ: ⁊ loqui-
mur de ipsis cum intentione exquisita: vlterius autẽ p-
cedentes ex illo dicamus ꝙ quando vnũ contrarioꝝ est
in natura: oportet etiã vt aliud sit in natura cum forme cõ
trarioꝝ sunt ambe existentes. Et enĩ contraria nata sunt
fieri circa idem eandem proportionẽ habent ad esse cõtra-
ria: ⁊ ideo si vnũ est in natura: oportet ⁊ reliquũ esse in na
tura. Huius autẽ est ⁊ alia ratio: quia enim omnis con-
trarietas habet in se aliquid de habitu ⁊ priuatione. Si
contrariũ quod est per mediũ priuationis ponatur: opor
tet ꝙ ⁊ illud quod est per modũ habitus ponatur: quia
habitus est ante priuationẽ scdm naturam ⁊ diffinitionem
⁊ hoc modo se habent calidum ⁊ frigidum: quies autem
⁊ grauitas ⁊ frigiditas dicuntur per priuationem leuita-

tis ⁊ motus ⁊ caliditatis. Conueniũt autem terre quies ⁊ grauitas ⁊ frigiditas: ⁊ igni conueniunt mobilitas et leuitas ⁊ caliditas: ergo oportet ꝙ quies sit ante terram ⁊ de motu quidem ⁊ quiete dicantur: ut priuatio ⁊ habitus est planum caliditas ⁊ frigiditas: ⁊ sic aliquo modo opponuntur: cum motus sit causa caloris in subiecto ꝙ est vtriusqꝫ susceptibile: ⁊ h̄ videmus ꝙ ignis motus excitatur: ⁊ non motus extinguit. Cum igitur frigiditas priuet motũ ⁊ sistat cũ erit ipsa per hunc modũ priuatio caliditatis. Si aũt etiam opponat leue ⁊ graue: quia vnũ corpus priuat motũ, ꝑpter quod in primo perigeneseos dicit: ⁊ generatio ignis ex terra generatio simpliciter ē corruptio sm̄ quid: ⁊ generatio terre ex igni sm̄ quid: ⁊ corruptio est corruptio simpliciter: sic igit habito ꝙ necessario sunt ignis ⁊ terra. Redibimus ⁊ inueniemus necessitatez existendi media elemẽta. Cũ enim sint extrema habentia contrarietatē in vna qualitate: oportet eē p generationē ab illis media que cũ his habẽt cõtrarietatē perfectã: sicut cõtrariat aer ad terrã: ⁊ aqua ad ignē: h̄ igit ita esse vt diximus supponant ꝙ in sequentibus librorũ naturaliũ ⁊ precipue in secũdo perigeneseos de his inquiremus suffitienter. H̄ enim hic non induximus nisi vt ostendamꝰ ex habentibus cõtrarietates primas corporibus necessariã esse generationē. Non eni possibile est aliquãdo distincte cõtrarietatibꝰ in seipsis sm̄ esse fixa manere: cũ cõtraria se tangentia ⁊ agũt in uicē ⁊ patiantur cõtinue ab inuicem: ⁊ per hoc continue corrũpant se ad inuicē ⁊ generentur mutuo ex inuicē: cum corruptio vnius sit generationis alterius. Causa aũt huius diuerse generationis ⁊ passionis est accessus generantis ⁊ recessus sm̄ circulũ: motus autē circularis nõ potest esse ꝑpetuus nisi mobile suũ sit perpetuũ: ⁊ est cõuersio in illo: quia etiã si mobile sit perpetuũ: ⁊ est etiã motus perpetuus: cũ mobile ⁊ motor nunqꝫ possunt esse ociosa sine motu: ut probatũ est in. viij. phicorũ: ergo sic arguendo a primo p sermonē iam habite inductionis necessariũ est ꝙ existente circulari motu necessariũ est generationē esse: ⁊ cõuertit etiã ab effectu ad causam: ut prius diximus ꝙ si generatio est necessariũ est esse motũ circularē afferentē ⁊ referentē generãs qḋ mouet materiã generabiliũ. Si aũt generatio est sicut motũ gdã circularis ꝑcipue in simplicium corporũ generatione quorũ quelibet generat ex altero: tũc queramus vtrũ generatio sit tñ vna vel sint multe. Si enim est vna: tũc nũqꝫ est corruptio sed generatio vniꝰ ⁊ eiusdē: ⁊ hoc est si causatur generatio ab vno motu simplici eodē modo se habente. Si aũt multe sint vt oculis videmus: quia idem quod generatur aliquando corrũpitur ⁊ generatur aliud ⁊ diuersum ab alio: oportet ꝙ h̄ causetur a motu circulari diuersimode se habente: ⁊ ille est circulꝰ obliquus qui dicit signorũ in quo sol est qui est p̄ncipale generãs: accedit ⁊ recedit. ⁊ accedẽdo facit vincere elemẽta superiora sup inferiora: ⁊ recedẽdo facit vincere inferiora super superiora. Si eni sm̄ dispositionē motꝰ celestis est dispositio elementorũ ad inuicē necessario: hoc aũt in sequentibus libris sciẽtie naturalis ostendã illud ostensione planiori ⁊ manifestiori quãdo loquar de ꝑpetuitate generationis in scḋo perigeneseos. Nunc eni nõ intendimus inuestigare nisi causam finalem ꝑpter quã facta sunt circularia corpora multa: ⁊ nõ sufficit reuolutio vnius causaz illam assignãtes dicimus ꝙ nõ sunt facta multa nisi ꝑpter generationē: nõ enim põt generatio impediri: generatio aũt nõ est nisi existẽtibꝰ primis generalibꝰ que sunt ignis ⁊ reliqua elementa: elementorũ aũt existentia ex motu circulari. Non eni fuit esse terre necessariũ nisi quia oportuit motũ circularem habere corpus naturale qḋ esset centrũ ꝯtra quod reuolueret qḋ esset quoddã fixũ. Sic igitur habita terra necessario habebit ignis: ⁊ habitis his oportuit haberi reliqua duo: habitis elemẽtis cõsequit generatio: ergo a primo habito circulari motu sequit generatio. Sed necesse ē ꝙ diuersitas generatiõis esset aliqua causa: ergo necessariũ fuit ꝙ esset perpetuus aliquis motꝰ diuersimode mouens materiã. Tria eni sunt in generatione quorũ primũ est cõtinuitas esse: ⁊ secũdũ diuersitas generationis ⁊ corruptiõis: ⁊ iterũ diuersitas generatorũ in figuris ⁊ speciebus: ⁊ primi quidē causa est circulꝰ vno modo motꝰ sup materiã generabiliũ: ⁊ ille est circulus habens motũ diurnũ. Secũda aũt causa est circulus aliqñ auferens ⁊ aliqñ referens generantia: ⁊ ille est circulus obliquus. Et tertij causa est diuersitas generantiũ aliqñ distantiũ: ⁊ aliquando nõ distantiũ sm̄ diuersos situs eorũ in circulis suis: ⁊ illi sunt orbes stellarũ fixarũ ⁊ planetarũ. Sic igit in generatione necessario oportet nos habere duos motꝰ quorũ vnꝰ dextrũ habeat in oriente mũdi: ⁊ alter dextrũ habeat in occidente mundi. quibꝰ motibus multa mouẽtur generãtia ꝑpter diuersitatē figure ⁊ forme generatorũ: ⁊ hoc est qḋ in capl̃o isto intendimus declarare.

Tractatus secũdus scḋi libri celi ⁊ mundi de figuris ⁊ motibus celorũ. Capl̃m primũ ꝙ prima figura est corporis primi.

Um aũt nos in precedentibus libri superioris ostendimus motũ celi esse circularē: ⁊ ex illo sequat ipsuz celũ esse figure circularis. Volumꝰ tamē hic ex intentione principali querere que figura sit apta celo ut vera causa eiꝰ ⁊ propria sciatur: nõ enim sufficit ad perfecte sciendũ aliquid cõcludere. quia est n̄ ñ consequens ex quodam alio: sed oportet inuestigare ipsuz per causaz propriã essentialē. Dicamꝰ igitur celũ esse figure circularis ⁊ rotunde ⁊ dico iterũ ꝙ figura est rotũda necessario: ⁊ diffinio ꝙ illa figura est cõueniens ⁊ apta substantie celi. Cõuenientissimũ est enim ut figura prima sit corporis primi. ideo ꝙ sm̄ naturam omne illud quod est prius alijs sm̄ substantiaz est primũ eisdem sm̄ accidentia propria que cõsequũtur substantiã illam. Est aũt perpetuũ corpus primũ scḋm substãtiã omnibus generabilibꝰ ⁊ corruptibilibus: igit erit eisdē prius scḋm figuram ꝙ est accidens ꝑpriũ consequens substantiã: precipue cũ celuz quod est magis formale qꝫ materiale figuram habeat stantē ⁊ nõ mutabilez generabilia autē ut elementa: eo ꝙ magis sunt materialia qꝫ formalia figuras ⁊ formas habeãt mobiles: ⁊ ita sunt magis elongata ratione prime figure qꝫ perpetuũ corpus Volentes igitur nunc iterũ ex ꝑpria intentione considerare figuras celestiũ: oportet nos inquirere que est prima figurarũ ⁊ superficialiũ ⁊ corporaliũ. Habito enĩz est que prima superficialiũ· habetur etiam que est prima corporaliũ· quia sicut se habent ad inuicem superficiales: ita se habent ad inuicem corporales. Dicamus igitur ꝙ figura omnis superficialis: aut est figura terminata lineis rectis que vocatur figura equalis superficiei: eo ꝙ partiũ eiꝰ vna nõ eminet sup alterã quã nos planã appellare ꝯsueuimꝰ aut est superficies contẽta linea rotũda que est superficies non equalis: hoc est nõ plana: eo ꝙ partiũ eiꝰ vna eminet ab altera. Non est enim alia figura licet sit simplex: quia illa que continetur linea arcualis ⁊ recta cõposita est ex his que nullam habet rationē prime figure. Sed omnes superficies equales siue plana necessario pluribus qꝫ duabꝰ lineis cõtinetur: rotunda vo cõtinetur linea vna. Si aũt istud est sm̄ hoc ꝙ ē vnũ in oĩ genere añ multa ⁊ priꝰ: eo ꝙ prioritate naturali ⁊ simplex ante cõpositũ: tunc proculdubio circulus est ante omnes figuras supficiales: ⁊ priores prioritate naturali. Si aũt aliquis dicat ꝙ sicut se habet linea recta ad circularē. ita se habet figura rectarum linearũ ad figurã circularem: ⁊ quia linea recta est ante circularem: ideo videtur etiam figura linearũ rectaruz ante esse figurã circularem: precipue cũ euclides in geometria primũ agat de triangulo qꝫ de circulo: ⁊ corpora triangula vel quadrata determinentur ante corpora sperica. Dicenduz ꝙ nõ est similis habitudo figure rectarũ linearũ ad figurã circularem que est linee recte ad circularem quã linea recta

vni⁹ est forme ⁊ linea circularis duarū est formarū: quia habet formā concaui ⁊ formam conuexi: sicut diximus in phicis: sed figura rectarū linearū est pluriū linearū: ⁊ figura circularis non habet nisi vnam lineā se terminantē ⁊ concludentē, ppter quod etiam euclides diffiniuit circulum ante triangulum: sed diuersitates ⁊ passiones trianguli demonstrantur ante diuersitates ⁊ passiones circuli: quia diuersitates ⁊ passiones circuli nō inueniuntur nisi per passiones trianguli ⁊ mensuras quadrati protracti: ⁊ ideo adhuc relinquit̄ circul⁹ ante triangulū esse sicut simplicior eo. Sed forte adhuc obijciet aliquis ostēdēs ꝙ simplicitas circuli ⁊ cōpositio trianguli nō sunt eiusdē generis: ⁊ ideo nō pōt probari per simplicitatē ⁊ cōpositionem vni⁹ vel alterius: ꝙ circul⁹ sit prior vel posterior triangulo. Si enī resoluat̄ triāgulus in superiores nō resoluetur in circulū vel circulos: sed potius in triangulos: ⁊ si resoluat̄ in lineas resoluet̄ in lineas rectas ⁊ nō in circulares: Et sic videt̄ ꝙ circulus non sit simplex supficies: nec simplex linea vnde cōponit̄ triangul⁹: sed est alterius generis q̄ nō venit in cōpositione trianguli oīno: ⁊ ita videt̄ ꝙ circul⁹ nō est simplex pars trianguli: ergo quo ad h̄ nō pōt probari esse prior triangulo: s; ad hoc absq; dubio dicendū est: ꝙ circulus nō est simplex ad triangulū nisi aliquis ex cōpositione: ⁊ nō ꝓprie loquat̄ sed ratio prioritatis circuli ad triangulū est ex vno qd̄ est perfectū in cōpositione ad vnū iperfectū in genere linearū circulariū ad figuras: inq̄ʒtum enī; linea circularis est perfecta cui nihil pōt addi ꝑ ꝯpositionē ipsa sola nata est perficere figurā: q2 si sola nō excluderet figurā: ergo aliqd addi possit: ⁊ h̄ probatū est in ꝑmo tractatu libri superioris. Sed inquātū linea recta iperfecta est recipiens additionē; ipsa nō sufficit sola excludere figurā: ⁊ ideo nulla figura ex vna vel ex duabus rectis lineis cōcluditur: ⁊ quo ad hoc in rōne elemēti ad figurā concludendā prior est linea circularis q̄; recta: ⁊ ante ipsū; est sicut vnū in esse: ⁊ virtute potens cōcludere figurā ante id qd̄ multa est in esse ⁊ virtute quādo cōcludit figurā: ⁊ sic in genere elemēti simplicis virtutis est circul⁹ ⁊ cōpositiōe triangularis: hoc igit̄ modo circul⁹ est añ triangulū: ⁊ idem inferim⁹ vlteri⁹ dicentes: ꝙ sicut se habet circulus in superficialib⁹ figuris: ita se habet spera in corporalib⁹: ergo prima inter corporales figuras est spera: super⁹ aūt habitū est ꝙ primo corpori debet̄ prima figura corporalis s̄m naturā: ⁊ ꝙ primū corpus est celū: ergo celo debet̄ figura sperica s̄m naturā. Amplius aūt cōpletum est ut in primo tractatu prioris libri esse dixim⁹ post ꝙ nō relinquit̄ aliquid addendū ⁊ extra ꝙ nihil est suorū que ad integritatē ⁊ pfectionē eius pertinent: talem autē perfectionē linea equalis que recta vocat̄ nō habet: q2 possibilis est ei additio remanēte forma ⁊ diffinitione eiusdē speciei recta pmanet: sed linee circulari nihil oīno addi pōt ita ꝙ remaneat rō ⁊ forma circuli: igitur linea cōtinēs circuitū rotunda est stans vna in sua perfectione. Cū igit̄ rotundū sic completū: ⁊ in oī genere cōpletū sit añ diminutū tunc ꝓpter istas duas rōnes anteriores quas induxim⁹ circul⁹ erit ante reliquas figuras supficiales: ꝑ eandē igit̄ rōnem orbicularū corp⁹ siue spericū est ante corpora reliquarū figurarū: quia ipsū; solū cōtinebit superficie vna: sicut circul⁹ cōtinetur linea vna reliqua añ corpora linearū equaliū h̄ est rectarū continentur superficiebus multis sicut figure rectarum linearū continent̄ lineis multis. Diximus enī in phicis: quia in ꝓportione prioritatis q̄ circulus est i multis figuris superficialibus: ita est spera in multis corporib⁹ rectarū superficialiū angulorū. Ampli⁹ autē hec demonstrant̄ etiā ex sentētia eorū que resoluūt corpora ad superficias diuersas: quorū oppositio nō est vera: sed a nobis in sequentibus improbāda: tamē in hoc verū dicunt ꝙ dicunt corpora sperica ad supficies diuersas nō resolui. Summam⁹ ergo sententiā eorū qui cōponūt corpora ex supficiebus ⁊ resoluūt ea ad ipsas: tunc videbim⁹ ꝙ testificātur id qd̄ diximus. Ipsi enī solū; corpus orbiculatū inter oīa reliqua corpora nō resolui dicūt ad superficies: ideo q2 nō inueniūtur superficies multe s̄m principia superficierū ⁊ formarū: sed tm̄ vna que est vni⁹ principij q̄ est linea vna ⁊ vnius forme q̄ est forme rotūde. In oībus aūt alijs corporib⁹ angularis inueniūtur superficies multe s̄m principia vel forma vel vtroq; modo quia triangulū corpus non pōt quid resolui in superficies multas s̄m formā: q2 omnes sunt triangulares: sed resoluit̄ in multas superficies: quarū quelibet est a multis lineis principiata ⁊ terminata. Omne aūt aliud corpus quadratū vel pētagonū: ⁊ sic deinceps resoluitur in superficies plures: ⁊ plures s̄cdm formā ⁊ plures s̄m principia: ergo quo ad istos etiā corp⁹ spericū simplici⁹ est corpore triangularis superficiei. Non enī; est eadē sententia corpora resoluentiū ad superficies: ⁊ eorū qui dicunt resolui corpora in corpora athomalia. Illi enim qui resoluūt corpora ad superficies non resoluūt oīa corpora: sed tm̄ illa que pluriū sunt superficierū s̄m formā ⁊ principia figurarū vel s̄m principia superficierū tm̄ sicut diximus. Qui autē dicūt corpora quadrata resolui ad athoma: oīa corpora tam sperica q̄; alia talem dicunt habere resolutionē: eo ꝙ ex talib⁹ athomis corpora cōponantur. Jam igitur dicendū est tribus rationibus ꝙ figura corporalis orbiculari est ante figurā reliquorū corporū prior eis s̄m naturam. Ampli⁹ aūt figura corporis sperici etiā in ordine ⁊ in cōpositiōe sub termino diffinito quo cōponitur ei⁹ esse est ante reliquas figuras corporū: ⁊ h̄ planū erit per similitudinē loquēdo: licet non ita sit s̄m esse ⁊ naturā. Sicut enī in numero vnū est ante duo ꝑ ordinē numeri ⁊ per diffinitionē: q2 cū; vnū diffinitur nō ponitur in diffinitiōe ei⁹ numerus. Cū aūt diffinit̄ numerus ponit̄ in diffinitiōe eius vnū: q2 numerus est multitudo aggregata per vnū: ⁊ similiter vnū est simplex numerus cōpositus ex vno: ita per similitudinē quandā loquēdo orbis est linea vna que est principiū ⁊ terminus supficiei continētis orbē ⁊ triangulus h̄ modo est linee due que sunt termini cōtinentes ⁊ principiantes superficiē continent̄ triangulare corpus: licet enī nulla vna superficies duab⁹ lineis possit cōcludi siue contineri: tm̄ omnes superficies plana principat̄ ex duab⁹ lineis quarū vna est principiū eius ⁊ altera finis. Si enī; vna linea moueri intelligat̄ s̄m punctū vnū; reliquo imobili existente ex motu illius necessario causat̄ triangul⁹: ⁊ tūc tota expansio superficiei erit inter duas lineas ⁊ tertia linea causat̄ ex fluxu puncti linee: ⁊ sic intelligatur ꝙ triangulus est due linee s̄cdm cōpositionē enim ⁊ generationē trianguli est h̄ modo hue linee: quarū vna est vnde fluit expansio supficiei: ⁊ altera ad quā terminat̄. Si autē intelligat̄ linea moueri s̄m vtrūq; punctū: tunc necessario constituit quadratū cui⁹ expansio tota generatur infra duas lineas: ⁊ due reliquae linee a fluxibus duorū eius punctorū ꝓducuntur: ⁊ sic intelligit̄ in s̄cdo euclidis: ꝙ omne quadratū infra duas lineas intelligit̄ contineri: ⁊ ab vna linea principiari sicut ⁊ triangul⁹: sed altera parte longius nec ab vna principiatur nec infra duas lineas continetur licet sub duabus aliquādo possit ꝯtineri: ⁊ huiusmodi cā pertinet ad geometriā. Satis aūt de ipso dictū est quātū spectat ad hanc intentionē. Sicut igitur vnū est añ duo prius eo s̄m ordinē numeri in cōpositis: sic erit figura corporis orbiculari ante figuras corporū reliquorū: licet non ꝑ omnia sit simile: quia vnum in numero intrat in numeri compositionē ⁊ diffinitionē: id autem qd̄ est vnum in sperico nō intrat compositionē angulosi nec diffinitiōē; eius: ⁊ ideo hec ratio est persuasio ad similitudinē accepta ⁊ nō adeo firma sicut ꝑus inducte: sed potior inter rōnes inductas est s̄cda: ⁊ post hanc ꝑma. Ex his igitur sic ꝓbatis procedentes dicemus ꝙ si h̄ s̄cdm naturam corpori primo debetur figura prima: ⁊ corpus primum celum quod est in orizonte motus vniuersalis ꝙ orizontem accipiam⁹ verū ⁊ naturale; sicut eū diffiniuimus: tunc ꝓcul dubio oportet ꝙ corp⁹ celeste totū cuius est naturalis mo-

tus circularis prime figure q̃ est sperica et rotunda. Et vo co corpus primū q nō loco tm̄ sed natura coī primū est: et h̄ est rotū corp⁹ quinte essentie qd̄ est ɔtentū infra sperā supremā et conuexū ignis. Si aūt hoc necessario oportet cōcedi tunc necessario sequit̃ q corpus q sit locatū in ipso sit etiā rotundū: et hoc est ignis: q: cū locus et locatū sint eiusdem figure oportet q corp⁹ locatū in concauo corporis rotūdi sit conuexitas rotūde necessario: eadem aūt necessitate corpus locatū in concauo ignis sicut aer que est rotundus. et similiter aqua que locat̃ in cōcauo aeris et terra eodē modo locatur in ɔcauo ɋ aeris a que sic: ergo corp⁹ q est in medio est rotundū: eo q oīa cōponētia mediū corp⁹ siue medietate sue. imediate continue sequentia vsq3 ad corpus celi quod naturaliter rotūda est sunt rotūda necessario: sed est differētia inter hoc q corp⁹ celeste essentialiter et per se rotundū est: et ideo habet motū circularem: sicut diximus in pmo libro scientie huius. Corpora aūt elementalia sunt rotunda per accidens: et h̄ est ideo: q: locant̃ in rotundo et sunt recta p se. et ideo hn̄t motū rectū. Dubitabit aūt forte aliquis et dicet q quidē necessariū est q corpus qd̄ per accidens rotundū est esse rotūde cōuexitatis: eo q locatur in rotundo cōcauo ei⁹ q per se est rotundū: sed nō ppter hoc necessariū est: q: idē corpus qd̄ per accidens habet rotūdū cōuexū habet etiā rotundū cōcauū. et sic vlteri⁹ non sequit̃ q locatū in ipso nō habeat rotundū ɔuexū: et ideo forte aliquis crederet nō esse necessariū q aqua terra et aer sunt rotunde cōuexitatis et cōcauitatis. Sz ad h̄ dicēdū q absq3 dubio q ignis rotūde cōuexitatis est p accidens: q: s. locat̃ in corpore qd̄ p se rotundū habet ɔcauū: sed q: leue per oēs partes equaliter mouet̃ sursū ad cōcauū orbis lune: ideo necesse est q p oēs partes equaliter recedat a medio: et ideo necessariū efficit̃ ignis rotunde cōcauitatis: et per accidens efficitur aer rotūde cōuexitatis et motu suo ad ignē et equalē ascensū a loco aque et terre efficit̃ rotūde ɔcauitatis: et in illo loco aqua rotūda accipit cōuexitatē et p descensū equalē a loco ignis et aeris efficit̃ rotunde cōcauitatis: terra aūt rotūda est in centro: tum q: locat̃ in aque cōcauo tū q: vndiq3 equaliter a circūferētia ad cētrū descēdit. Si ḡ res ita se habet et corpora elementū que sunt sub orbib⁹ et oib⁹ rotūdis planetaꝝ sunt rotunda: sicut dixim⁹: et ita in oib⁹ cōtinue se habet ad motū vsq3 q mouet̃ pmo motu qui est diurn⁹: tunc totū vniuersū sic̃ est rotūde figure eo q totū vniuersū nō cōstat nisi ex istis. Oia eni simplicia corpora elemētoꝝ tāgunt ɔtinue orbes planetaꝝ: et orbes planetaꝝ tāgūt se mutuo vsq3 ad sperā stellaꝝ fixarū et sic cōtinue vsq3 ad orbem vltimū: ergo ab vltimo vsq3 ad infimū descēdendo oīa sunt rotunda corpora vniuersi. et per se et p accidens: hoc est qd̄ voluim⁹ demonstrare.

Caplm̄ secundū in quo probatur celū esse sperium p rōnē illā qua probatū est q extra celū non est loc⁹ aliquis.

Dem aūt demonstrat̃ et visu et rōne sperici motus per cōpositionē ad locū in quo mouetur: Cū aūt aliqd videtur et cadit sub oculis: in phisicis: tunc est notū et ostensū nō indigens rōne: Uidemus aūt oculis q figura vniuersi est rotunda p hoc q oia celestia videm⁹ moueri ab eodē in idem sicut in motu reflexionis: hoc eni esse non pōt ex alia causa: nisi q: celū cōtinens totū est spericum. Amplius aūt in phicis in primo libro diximus p demonstratiuā rōnē q extra orbē vltimū neq3 est vacuū neq3 plenū neq3 vniuersaliter loc⁹. huī⁹ aūt veritas saluari nō pōt nisi orbis suprem⁹ sit rotūdus: dicetur eni orbē vltimū esse ɔtentū infra lineas rectas: tūc erit necessario figure angulose: tūc pculdubio sequet̃ extra vacuū et inane et corp⁹ esse et locū. Nos eni diximus in. iiii. phicoꝝ q locus est imobilis: sed mot⁹ est ad ipsū et ab ipso: et tunc loc⁹ est sm̄ actū qn̄ locat corp⁹ sm̄ potentiā. aut qn̄ nō habet corpus: et tunc nō est sm̄ actum superficies corporis continentis alicui⁹ corporis. His ergo psuppositis dicam⁹ q figura rectarū lineaꝝ angulosa qn̄ mouet̃ circulariter distant anguli eius plus a cētro q̄ latera et si linee pducant̃ ad centrū vsq3 ad angulos et ad latera erūt longiores: et dicunt̃ ad angulos tanto lōgiores quanto viciniores sunt anguli: cū ergo circūducit̃ angulus habet locū remotiorē a centro a quo qn̄ recedit nō impleť ab aliquo lateꝝ: et sic est de locis partiū lateꝝ q nihil succedit inter ea qn̄ recedit pars eminentior: ergo extra talē figurā necessario est et loc⁹ et vacuū ppter successionē motus et corp⁹ eius est illa superficies q̃ est loc⁹ ipse: mot⁹ enim talis figure non est in loco scd̄m partes omnes: sed in diuersis locis succedunt oēs sibi partes: et tales figura tollit̃ a loco in quo sm̄ aliquas ptes fuit: ante et postea nō est in eisdē nec aliquis succedēs partib⁹ illis et efficit̃ in loco in quo nihil aliqn̄ fuit: et hoc totū nō est nisi p angulorꝝ et laterū diuersitatē. cū ergo h̄ sit ipossibile nō pōt esse celū angulosū: sed oportet q sit rotūdū. q: rotūdū nihil hoꝝ cōtingit. Similiter aūt est in reliqs figuris nō rotūdis siue spericis in quib⁹ nō sunt oēs linee equales in cētro ad circūferentiā producte: et intantū est h̄ veruz q etiā in figura lentis et ouali cōtingit h̄ qd̄ est dictū: licet eni in figura lētis nō accidāt dicta incōuenientia: si axis sup quā mouet̃ et poli ei⁹ intelligātur poni nō in cōpressa superficie. sed in circulari et stricta: et similiter si in ouali poli sicut in acutis oui et axis trāseat p longitudinē eius nō accidit extra ipsū esse locū vel vacuū vel plenū. tn̄ motus oiū celoꝝ nō est vn⁹. sicut dixim⁹ supra. sed sunt duo in genere: quoꝝ vn⁹ est a dextris q est in oriente. et alter a dextro q est in occidente mūdi: nec possunt esse isti duo sup eosdem polos. q: tūc vterq3 esset sup circulos rectos et nō aliqn̄ afferret et aliquādo deferret stellas generātes et naturā generatoꝝ mouētes: sed vterq3 affert ipsas vno mō: et h̄ nō pōt carere generatione: sicut supra dixim⁹: oportet igit̃ q nō sint super eosdē polos. et qn̄ h̄ esse ɔcedit̃: tūc nō pōt figura celoꝝ esse lenticularis: vel oualis. Si enī esset in celo exteriori figura lentis: oporteret q in interiori esset: et interi⁹ celū moueret̃ sup alios polos q̄ primū: ergo veniret lenticule interioris poli ɔ cōpressā superficiem exterioris: et tūc aut nō ipleret ipsū nūq3: aut oporteret q volui ppter artitudinē exterioris nō posset. Similiter aūt est de ouali⁹ figuris: qn̄ acutū oui interioris esset ɔ cōpressū exterioris: et h̄ esse oporteret qn̄ sup diuersos polos mouerent̃. Dicit tn̄ temisti⁹ de duab⁹ dictis figuris q Aristo. qn̄ dixit in duab⁹ figuris lentis. s. et oualis accidere vacuū esse extra celum indiget interptatione in bonū: q. s. intelligat̃ sm̄ intellectū quo celū accipit̃ de rōne sue figure esse volubile in oēm sitū: ita q vbicūq3 ponant̃ poli q ipsū in loco suo et nō extra locū suū moueātur: et iste intellect⁹ est satis bon⁹: q: sm̄ h̄ in oib⁹ istis figuris: et q̃ sunt eis siles. si orbis taliū figuraꝝ disponi intelligat̃: accidit ut extra ipsū sit vacuitas et loc⁹ p modū quē dixim⁹. q: in talib⁹ reuolutio toti⁹ sm̄ oēs partes et loc⁹ toti⁹ in talib⁹ nō semp est idem per locū vnū eundē: sed sup diuersa sm̄ moduz quē supra determinauim⁹. Celi autē motū oportet esse in loco eodē q: celū pculdubio nō pprie est in loco sicut dixim⁹ in phicis: et si mouet̃ in loco nō est h̄ ideo qd̄ extra ipsū sit aliqd sed loc⁹ ei⁹ ad quē refert̃ mot⁹ eius est cōuexū corporis eccentraliter in ipso existētis. Amplius aūt ex his que in quarto phicoꝝ determinata sunt ɔstat q mot⁹ quo mensurāt̃: et numerant̃ oēs mot⁹ est mot⁹ celi supprēmi et pmi: q: sicut in. viii. phicoꝝ determinatū est ipse sol⁹ vere est ɔtinu⁹ et vniformis et perpetuus: in scientia aūt diuina determinat̃ q quelibet res mensurat̃ et numerat̃ sui generis minimo si ergo hec ita se hn̄t et ɔstat q minim⁹ mot⁹ est velocissim⁹ mot⁹. tunc pculdubio velocior oiū motuū est mot⁹ celi: h̄ aūt sic supposito vlteri⁹ pcedēte dicim⁹ q oiū figurarū q̃ cōcludunt̃ ad eūdē pūctū vel locū a quo incipiūt ē figura circuli: si eni accipiant̃ due superficies equales: quarū vna sit angulosa et altera circularis: et vna supponat̃ alteri anguli āgulose superficiei: nec sup circūferētia nec infra eā possunt cōtineri si infra circūferentia cōtinent̃: cū latera interiacēāt angulis: oportebit et latera infra circūferentiā

ꝯtineri. Si aūt ⁊ latera ⁊ anguli infra circūferentiā cōtineᷓ
tur necessario minor: erit angulosa quā circularis ꝯcludēs
⁊ datū erat ꝙ essent supficies eq̄les. Si aūt anguli sint sup
circūferētiā: sicut corde quedā arcuū circūferētie ⁊ tūc itez
circūferentia erit maior: ⁊ datū erat ꝙ esset equales: opor-
tet ergo ꝙ anguli ⁊ latera extra circūferētiā contineāt: vel
saltim anguli soli. signi linee multe a cētro ad angulos edu
cantᷓ erūt terminate ad angulos longiores semidiametris
circuli a centro ad circūferentiā terminatis. si ergo circūdu-
cuntᷓ linee ille describūt maiorē circūferentiā quā sit circu-
lus ter figura of angulosa. tūc equalis: ⁊ hoc quidē ex ter
tio geometrie euclidis demōstratᷓ: ergo minus erit spaciuz
circuli ꝑ quod mouetᷓ circulus quā sit spaciū linee angula-
ris in angulosa circūducta: ergo in equali motu circulꝰ trā
sibit spaciū motus sui quā aliq̄ figura angulosa sibi equa-
lis: ergo motꝰ circuli minor est motu cuiuslibet figure an-
gulose equalis circulo: si aūt h̄ est ꝭm h̄ cum spericū se ha-
beat ad corpꝰ sicut circulare ad superficiē: tunc ꝓculdubio
oportet ꝙ mobile cuius est motꝰ primꝰ qui est minimus
omium motuum corpoꝝ que sunt sibi equalia rotunduz et
spericū: ⁊ hic est de numero fortꝫ valde: ⁊ si quis consideret
in ipsa inueniret ꝙ celū nulla rōne pōt esse angulosuz vel
nō spericū: ⁊ etiā ꝙ ꝭm numeꝝ nō pōt esse minus vel ma
ius q̄z est modo: qm̄ si posset esse minus: tunc posset habe
re motū angulose superficiei in eodē tēpore quo mouetur
⁊ sic posset esse angulosuz: ⁊ si posset esse maius: tūc posset
habere angulosaz superficiē i motu eiusdē tēporis: qd̄ est
etiā incōuenies. q: semꝑ sequeretur ꝙ motꝰ eius nō esset
minimꝰ qui posset esse in tanto corpore .c.3. in quo celū
rotundū est figura corpoꝝ inter ipsuz existentiū.

Capl'm .iij. in quo celuz rotundū est figura corpoꝝ in-
ter ipsum existentiū.

E x his aūt corporibꝰ que intra celū cōtinentur:
pōt aliquis ad hoc sufficiētes demonstratiōes
inducere ꝙ celū est rotundū: licet oēs hee a po-
steriori probent id quod est prius ⁊ non nisi quia ⁊ non
propter quid ostendant. Planū est enim aquam existere
super terraz: ⁊ aerem super aquam: ⁊ ignem super aerem
⁊ corpora celestia sunt sup ista que nūc enumeramꝰ corpo-
ra: licet ista corpora superiora nō sunt ꝯtinua cū istis cor-
poribꝰ inferioribꝰ neqꝫ permixta eis: sed tangāt ipsa tn̄:
superficies aūt aque est rotūda: ⁊ huiꝰ quedā causa est: q:
terra est rotunda quā tangit vndiqꝫ ꝑ circūferētiā amphi
trici aqua occeani. Similiter aūt aer est rotundꝰ: q: tāgit
aquā rotundā. Et ignis rotundꝰ est: q: tangit aerē rotun
dū: ⁊ celū rotundū naturaliter: q: aliter nō vndiqꝫ tange-
ret ignē: ⁊ sic vadit cōtinue vsqꝫ ad vltimū celū: q: oēs ce
li necessario sunt rotūdi. Sed dubitabit aliqs forte dicēs
ꝙ si terra rotūda est ꝓpter motū grauitatis sue que equali
ter recedit a circūferentia ad centrū: nō sequitᷓ ꝙ aqua sit
rotunda ꝑ tactus eiꝰ ad terrā nisi tn̄ in cōcauo eiꝰ. Et ex
hoc nō sequitᷓ ꝙ cōnexū eius sit rotundū. Eodē modo est
de aere ⁊ igne. sed in p̄cedentibus solutū est istud qm̄ ex mo
tu grauiū ⁊ leuiū pbauit ipsa esse rotūda: tā in cōcauo q̄z
in cōnexo: sicut diximus superiꝰ: ⁊ hoc ꝙ diximꝰ de tactu
coꝝ ad inuicē est argumentatio ab effectu supra: qm̄ non
ideo sunt ista rotunda q: tāgunt se ꝭm superficies rotun-
das: sed potiꝰ q: sunt superficierū rotundarū: ideo tangunt
se ꝭm rotūdū: ⁊ hoc p̄cipue patet in celo: ꝙ essentialiter ro-
tundū et nō habet rotunditatē ab eo ꝙ tāgit rotūda cor-
pora locata in ipso: tamē in rōne inducta ostēdendo rotū
da corpora mūdi: incepimꝰ ab aque rotūditate quā rotū-
dam extra probauimus: eo ꝙ equaliter mouetᷓ ad super
ficiē terre: ꝯuenit nobis ostēdendū ꝙ aqua sit determinata
ad terre supficiē: q: sine h̄ nostra ratio erit incōpleta. Dica
mus ergo hoc eē manifestū ⁊ planū cū nos cōfitebimur ea
que sensui sunt manifesta: ꝙ .s. res ponderosa mouetᷓ ad
locuz inferioꝝ: ⁊ ꝙ grauissimū descendit a centro sicut ter
ra: ⁊ qd̄ est graue nō grauissimū in aqua mouetᷓ ad locum
ꝓpinquū centro ⁊ nō ad centrū. ⁊ hoc est moueri ad supfi-
ciē terre locate in cētro: locꝰ enī inferior nō infimus nō est
centrū sed ꝓpinquius centro. Describimꝰ ergo centrū mū
di qd̄ idē est ꝙ centrū terre ⁊ sit a: ⁊ describamꝰ circūferen-
tiā siue superficiē aque cuiuscūqꝫ figure fuerit ⁊ sit .b.c.e.
ꝓtrahamꝰ a centro .a. duas lineas: quaꝝ vna sit .a.b. ⁊ al-
tera .a.c. ⁊ ꝓtrahamꝰ lineā .b.c. que sit basis trianguli .a.
b.c. ⁊ ꝓtrahamus a centro a ꝑpendicularē vsqꝫ ad pūctū
e. ita ꝙ .a.d.e. sit linea vna: sicut docet ars theoreuma: qua
rū decimū primi euclidis: ⁊ huiꝰ quadē figure descriptō est
ista. Hac descriptione igitur facta dico lineam .a.d. que
est ꝑpendicularis super basim trianguli .a.b.c. eē breuio-
rē: ⁊ linea .a.b. ⁊ linea .a.c. ꝙ sic ꝓbatur. quia enī ꝑpendi-
culariter est stans sup basim .b.c. est vtraqꝫ eius parte su-
per lineā eandē angulꝰ rectus. sicut docet diffinitio ꝑpen-
dicularis i p̄mo euclidis posita: ergo angulꝰ qui est in pū
cto .d. triangu. a.b.d. est rectus: cū ergo triangulus recti
lineus habeat tres equales duobꝰ rectis. sicut docet theo-
reuma .xxij. p̄mi euclidis: oportet ꝙ alij duo anguli quo-
rū vnus est in puncto .b. ⁊ alter in puncto .a. sint equales
vni recto: ergo vterqꝫ eoꝝ ꝑ se sumptū minor est recto: er-
go maior angulꝰ trianguli .a.b.d. est angulus qui est ad
punctū .d. si in omni triangulo maior angulo opponitᷓ et
subtenditᷓ maioris longius latus: sicut docet theoreuma
xix. p̄mi euclidis. igitur latꝰ .a.b. qd̄ opponitᷓ ⁊ subtēditᷓ
angulo q est in pūcto .d. ⁊ longiꝰ a latere .b.d. ⁊ latere .a.d
diuisim sumptꝰ. igitᷓ est longiꝰ latere .a.d. Similiter autē
probatᷓ ꝙ .a.c. longiꝰ est .a.d. in triangulo .a.d.c. ergo ha-
betur ꝓpositū ꝙ .a.d. linea breuior sit .a.b. ⁊ quā sit .a.c.
ergo locꝰ qui est in puncto .d. vicinior est centro quaz locꝰ
q est in p̄ncipio .b. ⁊ .c. sed habitū est supra qd̄ graue non
grauissimū fluit ad locū inferiorē vicinioꝝ centro ⁊ non
ad centrū ipsuz: ergo aqua quādo est in pūctis .a c. fluit
ad pūctum .d. ⁊ nō cessat fluere donec cessat linea .a.d. ad
equalitatē linee .a.c. ⁊ linea .a.b. sit ante equalis quando
est ꝓducta versus circūferentiā vsqꝫ ad punctū .e. quādo
igitᷓ puenit ad punctū .e. stabit tunc in supficie sua: ⁊ non
fluit vlteriꝰ ad locū aliquē. Cū ergo tres linee .a.b. et .b.c
et .a.c. sint ꝓtracte ab eodez puncto ⁊ sint equales: ⁊ linea
cōtinuās ipsas necessario erit circularis: sicut expresse vi
detur ex .ix. theoreumate tertij euclidis. Cuz ergo .b.e.c.
signet supficiē aque: aque supficies est circularis: ⁊ hoc est
qd̄ volumꝰ demonstrare. Ex omnibꝰ igitᷓ dictis demon-
stratū est certissime ꝙ totꝰ mūdꝰ ē figure spericꝫ: ⁊ oportet
ꝙ sic tā decenter factꝰ ad circulū factoris sui ꝙ ipse sit in fi-
ne decoris: ita ꝙ amplior doctor nec ꝭm naturā nec scd̄m
artē poterit cogitari. Decor aūt iste ꝭm plus ⁊ minus est
in corporibꝰ naturalibꝰ: q: decori illi q est in rotunditate
corporis celestis: ⁊ leuitati eiꝰ ⁊ planiciei nō pōt assimila-
ri decor aliquis factꝰ manu instrumētis artificialibus ⁊
oē instrumentū auricꝫ factuz ab astronomis ad simili-
tudinem celi inuestigandū est imperfectum ⁊ fallax ꝭm ali-
quid: ⁊ licet in aliquo defectū sensus supponat rectitudo
intellectꝰ: sit etiam sic in lineis quas sensibiliter describit
geometer cū in aliquo fallit: licet forte illud dephēdi non
possit in paruo tēpore: ⁊ ideo in tpe magno cū magna fal
lacia creuit: ⁊ ex paruis dephēdit falsi falsitas instrumē
toꝝ. Similiter aūt in corporibus naturalibꝰ que videntur
apud nos siue sint simplicia siue cōposita nō exprimitᷓ de-
cor corporis: q: cū actu illa generabilia sūt ⁊ corruptibilia
nō sunt receptiua decoris celestis: nisi in q̄ntū participant
aliqd̄ simi celo: nūq̄z aūt totā possibilitatē celi ꝑcipiunt: et
ideo nūq̄z possent ꝑfecte accipe decorē figure eius ⁊ leui-
tatis ipsius. sicut aūt est in ipsis celis inferioribꝰ ⁊ supe-
rioribꝰ: ita ꝙ supremū in decore maximo habet figuram
spericā ⁊ leuitatē linia ⁊ decore minimo in genere corpo
celestiū: ⁊ lō etiā in toto nō illuminatᷓ a sole ꝓpterea ꝙ de
terre natura dicitᷓ esse dei huius antedicti occasione quidā
dicunt nullū esse circulū extrinsecū: q: licet sit rotūdū ⁊ ex
centricū: oportet incentricū ⁊ excentricū esse corpꝰ vacuuz
replens sicut nos ostendimus superiꝰ: q: ⁊ h̄ nullꝰ esset

actionis nisi vt vacuū suppleat. Ideo dicimus hāc esse inconuenientez potentiaz mathematicoꝝ. Nos autem conuenientem reputamus: nec ideo dicitur esse sine actione corpus quod est de natura quinte essentie: quia supplet vacuum: quia sicut supradiximus corpus celeste agit ex stella ꝛ oculo ꝛ ex essentia De excentricis autē quare necessarium est eos poni non ad hanc doctrinam pertinet: nec per hoc breuiter possit explicari: ꝛ ideo illud vsqꝫ ad aliquod tēpus deferatur quando domino dante de quantitatibus ꝛ motibus superiorum in astronomia explicabitur: hic autez sufficit ꝙ altitudo istius corporis nō haber aliquid simile in genere corporum naturaliū omnino ꝛ planum: quia sicut se habent spatium altitudinis aque ad terram: quia aqua multipliciter est ad terram ꝛ sic altitudo aliorum elementorū se hēt ad inuicez quia semper est superius: eo ꝙ est formabilius multipliciter est ad inferius: sicut simile spatium celi multipliciter est ad spacium ignis ꝛ superioris celi spacium multiplex est ad spacium inferioris. Certas autem horum corporum ꝛ spaciorum quantitatis astronomi est determinare: tanta ergo de figura celi ꝛ mundi a nobis dicta sufficiant.

¶ Capitulum. iiij. de assignatione cause quare celuz mouetur ab oriente i occidentē ꝛ non econuerso.

Deinceps autem nostre intentionis est inquirere de motu celi qui proprius est ꝛ naturalis est celesti corpori ꝙ primum nobili⁹ est inter corpora licet enim habitum sit ꝙ suus motus est motus circularis tamen multa accidunt huic motui: ꝛ sunt eius diuersitates multe de qbus opꝫ facere inquisitionem ꝛ reddere causas. Dicamus ergo ex prehabitis ꝙ omne corpus sphericum equaliter se habet vt moueatur de duobus motib⁹ altero quicūqꝫ sit ille. f. ꝙ moueatur ab. a. in. b. ꝛ econuerso de. b. in. a. super eundem arcuz: circulus. n. sic se habet solus in superficialibus figuris ꝙ in quacunqꝫ parte potest incipere motus eius. Et similiter est de spera in corporalibus figuris: ostendimus autem in prehabitis hos duos motus non causari ex contrarietate eius ꝙ mouetur sicut est in motu descensiōis ꝛ ascensionis: ꝛ vt vlr dicatur in omnibus motibus rectis in omnibus enim istis diuersitas motuuz causatur ex contrarietate nobilium: sed in spera non sic est: quia quicunqꝫ arcus in spera accipiat: tunc eqliter se habebit spera vt habeat duos motus super arcum illum quorum vnus est ab vno puncto arcus in aliū: ꝛ econuerso alter ꝛ hoc se habet spera ex ipsa sua rotunditate ꝛ non a liqua contrarietate vel diuersitate: que sit i ipsa: ꝛ ideo difficilis est questio quam hꝫ suscipimus terminanda: quia scilicet celum magis voluatur ab oriente in occidens quam ecōuerso tū ipsum sit rotundum ꝛ figure sperice equaliter sic se habere ad vtrunqꝫ motum ad cuius questionis solutionem opꝫ supponere ea que dcā sunt in scdo phyficorum ꝙ si natura nihil operatur inane ꝛ precipue ante rebus sempiternis: sicut sepissime ostensum est Similiter motus eius circularis est ꝑpetu⁹: oꝫ eniz ex omnibus istis absqꝫ dubio ꝙ ꝑpter aliquam cām motus eius et quibusdam partibus ē ad alios posterius quaz ecōuerso: motus enim iste: aut sic se habet quod sibi est cā aliqua nālis aut ipse est cā rerum prima enim nā: aut ipse cātus ab aliqua ꝛ causa rerum que sunt in ipso motu: ꝛ hꝫ quedam tertium in diuere diuisionis mēbrum est rāeri inquisitio autem huius cāe est difficilima: ꝛ ideo non debet aliquis nos reputare presumptuosos: qꝛ hic difficilia inquirimus: sicut enim inquisitio difficilima ē aliquādo vituperata aliquādo ē laudabilis intentio enim ē ꝛ voluntas inquirenda causas: verum quas vel possibile vt difficilime est hominū scire aut est etiam intentio ꝛ voluntas inquirendi causas in omnibus rebus siue sint proprie siue scdē reputari potest occasioni rei ex paucitate rationis eius qui inquirat de talibus quia si ratione haberet sciret vtique quedā altissima non habere causam sed causas esse alioꝝ: ꝯtingit autem hoc peccatū dupliciter: aut enim cōtingit ex debilitate rationis inquirente quia innitūr ignorantia et ideo putant circulariter vnū per aliterū non habens tantum considerationis vt distinguat inter demonstrationē propter quid ꝛ demonstrationē quia causa autē inquisitio rerū difficiliū nō primaꝝ. sed habentiū causas ante se aliquādo laudabiliter ex multo desiderio sciendi ꝛ vt multū inquiratur de scietia. ꝛ ꝙ ille sciant scdm veritatez per causam propriā scilicet ꝛ esse naturalē rei. Nos enim non oportet contemnere ꝛ dimittere equaliter omnē causam ab aliquo assignatā sed cōsiderandū diligēter in causis rerū ab aliquo assignatis ꝛ qualiter persuadet auditor cause illius. Si enim accipit signuz dyalecticum vel rethoricū pro cā persuadet persuasionē humana ꝛ debili quia non concludit ex necessitate propositū si aufert causam essentialem veraz tunc persuadet demōstratione forti cui nō cōtradicitur nec resistit ab aliquo quando autem aliquis talem inuenit que est necessitas puto eo ꝙ est ꝑterea signis ꝛ topicis rethoricis est subtilis eo ꝙ est itelligibilis rei quidditas vel causa que est sola sine aliquo sibi adiūcto sufficiēs ad propositū ostendendum absqꝫ dubio laude dignus est ꝛ remuneratione que causaz ꝑprie est honor debitus sapienti propter virtutē intellectualez. Redeamus autē ad inpropositū dicendo causas manifestas quas in anteccdentibus exposuimus que cadūt occultis interuentū celū quomodo autez cuius causaz assignare intendim⁹ est quare celū ex quibusdā suis partibus mouet̄ ad quasdaz pocius quā ecōuerso cū tū sit spericuz ꝛ quantū est de dispositione figure sue in omnem partē ꝛ ab omni parte sua sit volubile equaliter dicendum igitur ad hoc ꝙ natura quantuz pōt fieri in hoc circa ꝙ operatur ꝛ facit illud quod facit nobilius modo quo sibi est possibilis si aūt hec ita se hñt scimus autē ex dispositiōe oīuz aialiū quot superius nobilius est quā inferius ꝛ ante nobili⁹ quaz sit retro ꝛ dextrū est multo nobilius quā sinistrū scdꝫ pitagorā sicut diximus superius tunc oportet ꝙ motus celi fiat meliori ꝛ nobiliori modo quo fieri pōt quod autē celū habeat primū ꝛ vltimum nobili⁹ est motibus ita ꝙ primū est principiū motus in eo ꝛ hoc est nobilius ꝛ vltimū est per quod regirat motus in primū ꝛ ꝙ hoc est quasi vltimū in ipso aetestat̄ questio inducta que absqꝫ dubio nulla esset nisi tales in celo erunt diuersitates questioni autem facit locum id quod videmus in sensu: videm⁹ enim omne celū tā inferius quā superius oriri ex quibusdaz partibus ꝛ locis causa autē huius est questionis que eam soluit exponit Cum autē natura facit melius ꝛ nobili⁹ precise in celo ꝛ in aliis nobilibus ꝛ perpetuis tunc absoluēs questionē causa est quoniā nobilius ꝛ meli⁹ est vt celū primū moueatur motu simplici sempiterno cui non est abscisio qui est circularis ꝛ vniformis ꝛ vt principetur iste motus in ipso a meliori loco ei⁹ vt meliori parte: pars aūt ꝛ locus nobilior est in dextro oportet ergo ꝙ sic a dextro motus eius necessarium autem est esse duplex dextrū vnum spere superioris ꝛ alterū spere inferioris sicut nos patefecim⁹ supra ꝛ ideo celum necessario est moueri ab oriente in occidens. Si ergo manifestū esset dictis vt verificatum quare celum moueatur ab oriente in occi

dentem ⁊ non econuerso ab occidente suo mouetur in orientem siue sit superius siue inferius .c. quintuz de qualitate motus celi primi ⁊ qualitate motuũ infinitorum orbiũ colligitur ex motibus multis ⁊ in eo est digressio tangens diuersitatem oppinionum circa causam diuersitatis motuũ speraruz inferiorum.

¶ Capitulum. v. de qualitate mot⁹ celi ⁊ quale motus inferiorum orbiũ colligitur ex motibus multis ⁊ in eo est detangens diuersitatem opinionum circa causam diuersitatis motuũ sperarum inferiorum.

a Dhuc autem etiaz in hoc capitulo sequẽte querimus de motu celi ostendendo q̃ motus primi celi est equalis in quo nõ est diuersitas aliqua velocitatis vel tarditatis hec aũt vniformitas ꝯuenit p̄rio celo ⁊ motu p̄rio orbiũ.ij. q̃ sit sb celo: p̄rio sit mot⁹ multi ex quib⁹ oibus ꝯgregatur motus vnus ⁊ ille ex hoc videt̃ esse diuersus quia ex diuersis motibus inequalibus aggregatur sed celi primi non est nisi vnus motus ⁊ ideo est vniformis omnino ⁊ simplex: licet enim in inferioribus orbibus non sit demonstratum scd̃z quod sũt illi motus multi tamen scitur ex ipso motu multiplicem esse diuersitatem in ipsis quod quidam caldei duplici diuersitati attribuerũt in quibusdaz ⁊ in quibusdam simplicem diuersitatem esse dixerũt: duplicem autez diuersitatem dixerũt esse in omnib⁹ speris planetarũ preterquã solis vna quidem differens te ex centro cuius differentia accipitur ex motu centri circuli deferẽtis in circulo paruo in quo mouetur circa centrũ terre propter quod cõtingit q̃ stella recta indifferenter i temporalibus inequalibus inequales quadrat quãtitates circuli signoꝝ abscindit aliã aũt ẽ ex epiziculo i quo stella rotata circa centrũ quod fertur ⁊ figit̃ in excentrico sed tempora iequalia moratur in eodem signo circuli signoꝝ in diuersis temporib⁹ qz in aliquo signo aliquãdo inuenit̃ velox ⁊ i eadẽ inuenitur tarda ⁊ stans in aliquo tempore ⁊ licet planeta equaliter feratur in epiziculo scd̃m se equaliter indeferente per se tamẽ motus eius in epiziculo inequalis est ad motũ eius in circulo deferente quod gratia exempli patet in motib⁹ saturni de quo deprehẽdit ptolome⁹ obseruatione subtili q̃ in quinquaginta nouẽ annis solarib⁹ ⁊ vna die ⁊ quarta vnius diei perficit saturn⁹ quinquaginta septem rotationes in epiziculo suo ⁊ in eodem tempore perficit duas rationes extracto ⁊ vnum gradum et duas tertias vnius gradus que sunt quadraginta minuta qui motus sunt valde inequales ⁊ ex illis duab⁹ diuersitatibus colligitur motus eius vnus scd̃m quam perficit circulum signorum ⁊ similes diuersitates sunt in alijs licet non sint vno in mercurio ⁊ in alijs quinque sed in sole deprehenderunt non esse epiziculum sed deferentem ecentricũ tantum ⁊ ideo vnam dictam diuersitatez ei attribuitur q̃ est ex centrico circulo licet enim sol vno modo moueatur indifferente tamen quia differens egreditur de centro circuli signoruz ideo inequales partes eius respondent equalibus partibus circuli signorum propter quod cõtingit q̃ sol in temporibus iequalibus abscindit equales partes zodiacis: ecce hic est diuersitas q̃ꝫ supponentes ⁊ non probãtes positioꝫ ex inferioribus caldei non.n ꝯtradicit ptolomeus q̃ diuersitates iste non possunt esse ex alijs causis quã ex epiziculis ⁊ ecentricis sed dicit q̃ hec est magis cõueniens visui vt sit ex illis. Egiptij alias horum causas assignauerunt ex grauitate ⁊ leuitate astroꝝ sumentes causas hoꝝ diuersitatum quia videbatur eis q̃ astra attracto humore occiani nutrirentur ⁊ tunc essent grauiora ⁊ descenderent ⁊ digesto illo essent leuiora ⁊ ascenderẽt quorum sermo fabulosus est ⁊ ꝯtẽnibilis: fuerũt autem quidam parũ ante hec tempora naturales phylosophi qui abhorruerũt ecentricos ⁊ epiziclos eo q̃ videbant q̃ positis illis necesse est corp⁹ ponere in medio coꝝ quod suppleat vacuũ sicut ⁊ nos supra ostendimus hoc autem corpus tamen est aliquando ascẽdat ⁊ aliquãdo descendat non videtur esse rotundarum superficierum ostensum est quod totum corpus celeste esse rotundarũ superficierum ⁊ tunc videbit̃ sequi non esse aliquod corpus q̃ suppleat vacuũ q̃d est inter ecentricos simile indicabant hoc verũ dicentes impossibile esse vacuũ in natura ⁊ ideo simpliciter dicebãt omnino epiziculos ⁊ ecentricos nõ esse. Aliam etiã rationem ad hoc iducentes quia dicebant q̃ omnis corporis naturalis est habere rotũdas superficies ⁊ moueri circa centrũ corporis autẽ q̃ eiusdem ⁊ vnius nec habere superficies rotũdaz vnius mensure ⁊ moueri circa centrũ vnum ⁊ ideo cum totum corpus quintũ sit vnius ⁊ eiusdem nature vt dicunt totum corpus illud erit eodem modo rotundaꝝ superficierum ⁊ motuũ cõtra centruz vnũ ⁊ idem. ⁊ sic nullus erit omnino ecentricus. Hec aũt deficiant in causa diuersitatis motuũ orbium inferiorũ eo q̃ diuersitas duplex in eis videtur per aspectum sicut diximus: dicunt q̃ huius diuersitatis est ratio polorum inferiorum circulorũ super diuersos polos superiorum: dicunt enim omnẽ stellam inferiorem moueri ab oriente in occidentẽ sicut mouet̃ spera prima in ordine speraꝝ ⁊ omnes superiores ⁊ inferiores esse motas ab vnica virtute motoris primi: sed hanc virtutem esse fortiorem in ea que vicinius contingitur febiciorem in ea que habet longinquius ad ipsum: ⁊ ideo cum prima spera perficit suum circulum: tunc spera inferior aliquantulum retardatur a perfectione tota circuli ⁊ huius retardationis videri q̃ stella moueatur ab occidente in orientem q̃ autem aliquando est vltra equinoxialez in meridie ⁊ aliquando in equinoxiali ⁊ aliquando in aquilone citra equinoxialem unde dicunt contingere q̃ poli sui mouentur in circulis paruis citra polos mundi hoc est videntur moueri per huius retardationes qui circuli equi distantes sunt ab equinoxiali circulo ⁊ ideo dicunt causari motũ latitudinis quem astronomi ponunt esse in sole ex hoc quod in vtrunq̃ partem declinat a circulo equinoxiali per xxiij. gradus fere motus autem latitudinis in alijs planetis non dicitur esse ab astronomis in hoc quod declinẽt ab equinoxiali circulo sed potius ex hoc q̃ declinant a zodiaco ⁊ non mouentur directe sub ipso quẽadmodum facit sol ⁊ tunc dicũt: habent isti causari ex hoc quod circuli quas retardando describit polus zodiaci sed declinant ab ipsis ⁊ quia poli illi mouentur omnibus motibus superiorum circulorũ ideo contingunt diuersitates motuũ quas diximus quia stella ex tardatione propria deberet vniformiter retardari in omnibus quartis circuli signorũ polus enim accipit aliquam retardationem minorem ex circulo superiori fere cui⁹ polos aliquando mouetur ⁊ ideo videtur aliquando posteriorari ⁊ aliquando anteriorari in arcu maiori vel minori propter q̃d oportet diuersitas motus ⁊ sup illam fundauit astrologiam suam alpetrauis abnisac: ego autem videns q̃ neutrũ horum demonstratum est sed suppositum pro radice ex ipso habeatur ymaginatio diuersitatis que est per aspectum magis consentio dictis mathematicoꝝ. Neutrum enim horum vel affirmat̃ vel negatur ex dictis aristotelis. ⁊ magis videt̃ consentire dictis mathematicoꝝ qui vocat inferiorũ sperarum motus ⁊ non retardationes ⁊ qui expresse dicit planetarum moueri ab occidente in orientem ⁊ sicut dicit in occidente mũdi dextrũ est motus pla

